SOCRATIS
APOLOGIA
A XENOPHONTE VULGO ABIUDICATA.

VINDICAVIT, RECENSUIT
ET
INTERPRETATUS EST

M. FRID. AUGUSTUS BORNEMANN,
SCHOLAE REGIAE MISNENSIS PROFESSOR IV.

LIPSIAE
SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI
MDCCCXXIV.

VIRO

PERILLUSTRI ATQUE EXCELLENTISSIMO

IOA. AUG. FUERCHTEGOTT A GLOBIG,

AUGUSTISSIMI SAXONIAE REGIS A CONSILIIS INTIMIS, EIDEMQUE A CUBICULIS, SUPREMI SENATUS SACRI IN SAXONIA PRAESIDI, ORDINIS SAX. VIRTUTIS CIVICAE ET ORDINIS BORUSS. AQUIL. RUBR. PRIMAE CLASSIS EQUITI, DYNASTAE IN GIESENSTEIN ETC.

HAS APOLOGIAE VINDICIAS

SUMMAE VENERATIONIS TESTEM

OBSERVANTISSIME

D. D. D.

EDITOR.

LECTORI S.

Hanc Apologiam quum uno volumine simul cum Convivio in lucem emittere constituissem, facile mihi persuasit librarius, de antiquis literis meritissimus, quo iuvenibus nostris alterutra parabilior esset, satius esse utramque scriptionem in duas partes divellere; e quibus, quae Convivium complectitur, ne maiorem in molem excresceret, placuit catalogum codicum et editionum, quarum lectiones in ambobus libellis continentur, Apologiae inserere. Ei autem consilio, quod in Convivio interpretando menti meae obversatum erat, hoc etiam in Apologia accessit, quod integritatem eius multis modis impugnatam pro virili parte tueri ac vindicare conatus sum. Non igitur mirum, si maximam partem adnotationes in opinionibus Schneideri diiudicandis et confutandis versantur. Qua in re non vereor, ne quis me cupidiorem fuisse dictitet, quam aut res ipsa, aut insignis Schneideri doctrina, qua nihil mihi unquam admirabilius accidit, efflagitare videantur. Praeterquam enim quod pleraque eo tempore a me literis consignata

sunt, quo Schneiderus adhuc in vivis erat, gravioribus sine dubio argumentis confirmaturus, si qua labefactata et concussa esse intellexisset, in tanta celebratissimorum monumentorum, ex antiquis temporibus ad nostram usque aetatem perlatorum, quae critici nostri citra necessitatem suspecta reddere, spuriorumque librorum numero adiicere tentarunt, ne latius in dies licentia ista serperet, fieri non potuit, quin quaecunque iustam vel excusationem vel defensionem haberent, ingenue profiterer, eoque magis, quum mihi sim conscius, non quo viri docti nescio cuius gloriae meritissimae quidquam detraherem, sed ut quod verum, quodve falsum mihi esse videretur, aequorum iudicum examini subiicerem, me totum hoc, quidquid est, scribendi genus suscepisse. Ita vale, mihique eandem, quam aliorum erratis nunquam non concedendam putavi, veniam velim impertias. Scripsi in illustri Afraneo III. Idus Decbr. MDCCCXXIII.

INDEX

LIBRORUM SCRIPTORUM ET IMPRESSORUM, QVIBUS IN SYMPOSIO ET APOLOGIA EDITOR USUS EST.

Parisiensium codicum collatio sumpta est ex editionis, quam Gailius curavit, Tomo VII. P. I. p. 32 — 45. et p. 628 sqq., e quibus qui ad Symposium pertinent, enumeravit ille T. VII. P. II. p. 81 quatuor: *A* (1643) codex est chartaceus, forma tantum non maxima, ab una eademque manu conscriptus, qui praeter Symposium etiam Hipparchicum, Hieronem, libros de re Equestri, de rep. Laced., Memorab. et Oeconom. complectitur. A manu *Sevini* abbatis quae ab initio libri adscripta sunt: *Codex chartaceus Michaelis Apostolii manu scriptus, saec. 15. et postea: Hic M. Apostolius textum fere totum Xenophontis laniavit, mutilavit, pessumdedit. Etsi nonnullas antiquas lectiones exhibeat hic codex, quas alibi frustra desideraveris, pessimus dici potest, ut ipse pronuntio, collato integro opere ἀπομνημονευμάτων, Lefebre de Villeneuve*, 1785." ex parte falsa, nec librum illum Apostolii industriae acceptum referri, quum ex aliis argumentis tum ex literarum ductibus satis luculenter demonstravit Gailius p. 75 sq. adjectis in tabula X praeter huius codicis particulam duobus aliis librorum ab Apostolii manu profectorum speciminibus. Qua de re tametsi dubitare nolumus, verendum tamen arbitror, ne de pretio codici statuendo eruditissimus Athenaei interpres verissime indicaverit. Aut enim negligenter*), ut solet, Gailius sive ipse

*) Cf. ad Symp. III, 13. IV, 13. 43. VI, 1. VIII, 21. Apol. §. 17. §. 31. Nec debebat sine accentuum notatione codicum varietates recensere, quem consentaneum erat summorum virorum hac de re sententias non ignorare. Vid. quae scripsimus in Miscellan. critt. ed. Fried. et Seebode Vol. II. P. I. p. 152. not. Vana sunt enim et inepta, quae in sui excusationem l. l. p. 105 sqq. notavit.

librum contulit, sive per alios comparandum curavit *), aut quae inde in lucem protraxit, tam exigui momenti sunt, ut nonnisi perpaucis in locis meliorem, quam quae libros editos occupaverat, scripturam offerat.

Deterior etiam hoc libro ille est, quem litera *B* insignivit Gailius, catalogi 1645, idem, qui in Memorab. C. audit, „*Codex chartaceus, olim Thuonaeus, postea Colbertinus, quo continentur:* 1) *Symposium pphorum auctore Xenophonte,* 2) *Eiusdem liber de Laced. rep.* 3) *Eiusd. de Dictis et Fact. Socr. commentar. lib.* 4. *Is codex saec.* 15. *exaratus videtur.*" Symposium librarius inscripserat *Λακεδαιμονίων πολιτεία*, sed animadverso vitio verum titulum, ubicunque erraverat, restituere non cessavit. Qui liber, si quis alius, tum in rebus orthographicis, tum in diversarum ratione lectionum tot tamque gravibus mendis refertus est, nullius ut loci meminerim, cui clariorem ille lucem affuderit, vel cui sanando ansam dederit. Tertius codex est

C forma maxima, num. 2955, (non 2355, quod vitium operarum nollem repetisset L. Dindorf. in Praefat. Conviv. et Ages.), In hoc codice chartaceo, olim Colbertino, qui seculo quinto decimo exaratus esse putatur, praeter Lucianea quaedam, aliquot Plutarchi vitas aliaque, continentur et fragmenta Symposii, Oeconomici, librorum de rep. Athen., de Vectig., et integri libelli Hiero, de rep. Laced. et de re Equestri. Symposii fragmentum, quod inde a cap. VIII, 28. servavit, quamtumvis pusillum, tamen ita comparatum est, ut, quae absunt, aegerrime desideraverim.

Paris. *Y* editionem Henr. Stephani priorem designat, nonnullis lectionum diversitatibus in ora repletam, quae de Gailii quidem sententia e pluribus libris manu exaratis fluxerunt, verum quas inde publici iuris fecit, quum et paucae sint, nec elegantia sua et raritate admodum commendentur, non improbabiliter suspiceris, a docto aliquo homine cunctas ne dicam profectas esse, certe proficisci potuisse. Sed de hoc libro alias disserendi occasio dabitur, nunc satis habeo de his codicibus provocasse ad Dindorf. praefat. l. l.

Ad *Apologiam* duobus codicibus usus est Gailius ex Vaticana bibliotheca Parisios translatis uno nomine *A*, (1950) bombycino, forma 4., altero deteriore *B* (1335), de quibus breviter egit Gail. T. VII. P. II. p. 74 et 78 sq. Ex his membranis ut exigua tantum in emendanda utriusque libelli contexta, quae vocant, utilitas re-

*) Quod ipsum de cod. A. fatetur ad IV, 27. p. 30.

dundaverit, maior tamen earum usus fuit in *vulgata* lectione, quam Stephanus condidit, vel stabilienda vel impugnanda; eaque causa est, quare Parisiensium librorum passim etiam ibi mentionem fecerim, ubi nullam inde scripturae varietatem commemoratam vidissem, ita tamen, ut codicum nominibus omissis simpliciter scribendum putarem *Pariss.* Quorum codicum sicubi aut consensus aut dissensus disertis verbis non allatus est, quoniam ad Zeunii recensionem libri collati fuerunt, quid quovis loco ibi legatur, facillime licebit perspici.

Earum lectionum, quas Petrus VICTORIUS tam ex libro manu scripto, quam ex Aristide in margine Aldinae adnotaverat, ut gemina collatione uterer, partim Frid. *Iacobsii*, viri admirabili humanitate non minus, quam immensae doctrinae copiis celeberrimi benevolentia, partim Leon. *Spengelii* diligentia factum est, qui copias Victorian. in nonnullos Xen. lib. transscriptas inseruit Actt. Monacc. T. III. F. III. p. 357 sqq. Est, ubi utraque collatio inter se discrepat, sed hoc nec in multis locis factum est, nec nisi in literarum apicibus utique levissimis. Cf. ad IV, 3.

Ad marginem VILLOISONI quod attinet, mirum ni Weiskius et Schneiderus viderint, quum in aliis passim libellis, tum in Symposio, quicunque illarum lectionum auctor fuerit, Aldina vel Stephaniana editione prima, ut videtur, adiutum nihil nisi Iuntini exemplaris vitia correxisse. Quod nemini poterit obscurum esse lectionum diversitatem a nobis enotatam comparanti ad II, 18. IV, 31. 32. 49. 51. VIII, 2. 4. 20. 43., ubi ἄκλειαν habet Iuntina, et IX, 6. Aliis in locis quum admodum exigua inter Aldinae et marginis huius lectiones intercedat differentia, non temere mihi videor statuere, aut ambigua scribendi compendia, de quibus T. VI Praef. p. XXV sq. conquestus est Weiskius, virum eruditissimum fefellisse, aut invito Weiskio haud paucas mendas intulisse typographum. Ita quod p. 423 ad IV, 52 legitur ὦ Σωκρ., quum apud Iuntam habeatur σιρακόσιε (sic) sine ὦ, non dubium, quin criticus ille cum Aldo scripserit ὦ. συρακ. VII, 2 ex eodem marg. deprompta ἡ παῖς ἤδεν, et III, 4 ποτέρων, item I, 10 φιλοφρονεστέρων tanto magis depravata esse consentaneum est, quod his locis omnibus clare Aldus repraesentavit ἡ παῖς ἤδεν, ποτέραν et φιλοφρονεστέρωσι. Restant formae Σωκράτη I, 3. 7. et scripturae εὐφραίνοντο I, 15, αὐτῷ II, 6 et ibidem εὑρήσει, quas num aliud quid esse putabimus, quam meras opiniones et emendationes eius, qui Iuntinam suam melioribus scilicet lectionibus adornatam voluit? Certe in reliquis quoque libris eiusmodi coniecturas una cum variis Aldinae lectionibus in hoc margine pro scripti cuiusdam libri diversitatibus venditari, permulti sunt loci, qui testari possint.

Multo plura praesidia ad Convivii et Apologiae emendatio-

nem repeti possunt ex libris editis, vetustis praesertim, e quibus ad manum mihi fuerunt

1) Ivntina utraque, tam princeps an. 1516 fol., quam quae an. 1527 a Philippi Iuntae haeredibus in lucem emissa est. Exstat prioris editionis exemplar in bibliotheca regia Dresdensi in fine mutilum, *cum notis MSS.*, secundum catalogum manu exaratum; qui titulus ne quem in errorem inducat, adnotationes istae nihil nisi inutilia rerum a Xenoph. narratarum argumenta comprehendunt. Ivntina secvnda cum priori non tantum in singulis verbis et lacunis, sed etiam in paginarum ratione, in accentuum literarumque formis et ductibus quam accuratissime concinit, nec videtur dubitari posse, quin additis, qui in priori exemplo defecerant, libris fraude bibliopolarum hodie frequentissima, primum duntaxat et extremum folium librarius novaverit. Quo minus miraberis, si varias primae et secundae editionis lectiones non singulatim a me recensitas in commentario conspexeris. *Schützium* saltem cum aliis VV. DD. in Memorabilibus inter utriusque Iuntinae scripturas perperam distinxisse, eo certius affirmare possum, quo facilius ambo exemplaria comparantibus elucebit, quidquid Schützius e Iuntina priori eruerit, idem plane posteriori et contra proprium esse.

2) *Ξενοφῶντος Ἀπολογία Σωκράτους πρὸς τοὺς δικαστάς, Ἀγησίλαος, Ἱέρων ἢ Τυραννικός.* Epistolae praemittuntur haec: Iohan. Revchlin. Phorcensis LL. Doctor Iohanni Secerio Lauchensi, amico syncero s. d. p. — Anglopoli pridie id. Apriles Anno MDXX. Ad finem addidit Secerius: *Hagenoae ex officina Anshelmiana mense Iulio form.* 4 min.

De hac omnium praestantissima editione, quae princeps est in Apologia, vid. infra p. 15.

3) *Ξενοφῶντος ἅπαντα εὑρισκόμενα.* Xenophontis omnia quae extant. Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Asulani soceri, mense Aprili anno 1525. fol.

Vulgo credunt, hac editione Iuntinam multis modis deteriorem esse. Qui error inde maxime originem duxisse videtur, quod cum a Zeunii inde aetate, (vid. eius praefat. ad Cyrop. p. 7.) Iuntinae nomine praeter ipsam Iuntinam Aldinam quoque et Castalioneam recensionem comprehenderint, tamen hic illic soli Aldinae adscripserunt, quae cum Iunta communia habet, vicissim Iuntinae imputantes, quod nonnisi in Castalionis, Melanthonis, Brylingerorum, vel etiam in Aldi exemplaribus legitur.

4) *Ξενοφῶντος ἅπαντα.* Xenophontis opera omnia, in tres partes distincta, quarum quaeque suos libros ostendet. *Halae Suevorum* anno 1540. 8.

Recte observavit Zeunius, huius Halensis editionis titulum esse

duplicem; *verus enim*, inquit, *exhibet locum annumque*, *fictus autem utraque caret nota.* Quanquam difficile dictu fuerit, uter altero verior sit titulus, si quidem in eo exemplo, cui fictum titulum Zeunius attribuit, post Phil. Melanthonis literas, Clarissimo viro D. *Bellaio Langaeo*, inclyti Regis Galliae consiliario, datas neque annus MDXL deest, et diversa typorum ratio evincit, primum folium, quod praeter Xenophontis vitam epistolam illam continet, bis typis exscriptum esse. Plerumque textum Iuntinae sequutus est Melanthon, sed ita, ut levioribus aliquot editionis principis vitiis sine librorum ope sublatis nova alia operarum, nisi fallor, culpa induceret. Nam ubicunque diversam a ceteris libris, nec eam contemnendam scripturam obtulit, ibi aut Reuchlino magistro, aut ingenio suo obsequutus esse putandus est, ut Sympos. III, 11. Sed quum editio Halensis passim repraesentavit, quod in Iuntina aliisque libris veteribus frustra circumspicias, tum ad historiam textus Xenophontii propterea memorabilis est, quod Zeunius eam totam mutatis mutandis machinis exscribendam curavit, unde dici non potest, quantum in particulis, a quarum compendiis typographi aberrarunt, in interpunctione, singularum elisione vocalium, in accentibus et aliis ductuum minutiis vitiorum in Zeuniana relictum atque per seriores editiones propagatum fuerit. Nolo tamen hic repetere, quae ad Vindic. Epilog. Cyrop. p. 25 de eadem re notata sunt.

5) *Ξενοφῶντος ἅπαντα.* Xen. oratoris et historici — opera, quae quidem graece extant omnia, duobus tomis distincta, ac nunc primum a Seb. Castalione a mendis quam plurimis repurgata et quam fieri potuit accuratissime recognita. T. II. 8. Basileae. (cum palma Ising.) sine anni nota.

Melanthonis epistolae praefixa sunt pauca editoris nescio cuius (fortasse ipsius Isingrinii) verba, e quibus quae huc pertinent, ita habent: „Cum Sebast. Castalio, vir hac nostra tempestate in utriusque linguae solida atque exacta cognitione cum paucis conferendus, Xen. opera nobis excudenda multoties obtulisset, quae ipse discipulis suis iam olim semel atque iterum praelegerat, atque inter relegendum exemplar multis in locis partim vetustate, partim librariorum incuria depravatum restituerat: vix tandem amici precibus expugnati votis eius, quamvis circa plura alia occupatissimi acquievimus. — Tantum hoc addere voluimus, Xen. nos tibi exhibere et emendatiorem et quantum industria nostra assequi potuimus, modis omnibus absolutum.“ Quam verbis laudatis exspectationem concitavit editor, tantum abest, ut fefellerit, ut eam summo iure primam textus recensionem esse, quae in Germania facta sit, VV. DD. existimaverint. Neque enim solum Halensi et Brylingerorum editionibus nitidior et erratorum pro-

diit immunior, verum etiam tot tamque exquisitis referta est lectionibus, ut utrum Iuntinum et Halense exemplum coniectura an codicum ope Castal. emendaverit, nondum ausim diiudicare.

6) Melanthonis textum expressit editio *Basileensis*, quam Bryl. 1. nomine signavimus, quia an. MDXLV apud Nicol. Brylingervm excusa est, fol. Insunt versiones omnium Xenoph. operum, in Symposio Ioh. *Ribitti*, et in Apologia Leonardi *Aretini*: illam quia deest in editione *Beroaldi*, quam anni licet librariique nota destitutam tamen antiquiorem Brylingeriana iudico, ut omnium, quod sciam, vetustissimam non potui non consulere. Sed in Apologia praeferendum erat illud exemplar, cui in bibliotheca Dresdensi reg. servato ad calcem haec adiecta sunt: „Huic autem Cyri Paediae idem Franciscvs Philelfvs eques auratus Laureatusque poeta extremam imposuit manum *Mediolani* ad XI Galend. Octobres Anno a nat. Christ. MCCCCLXVII." e quibus apparere videtur, annum hunc esse emendationis a Philelfo factae, non impressae translationis, quae circa an. 1476 excusa est secundum Panzer. annal. typogr. T. IV p. 214.

7) Brylingerianam alteram anno MDLV. fol. editam curavit M. Ioh. *Petri*, ut patet ex epistola, quam D. *Melchiori a Liechtenfels*, *Basiliensi episcopo* dedicavit, ubi inter alia: „In tanto, inquit, autore emendando, quantum mihi per gravissimas et diuturnas scholae nostrae labores licuit, operam dedi, ut primo graeca recte legerentur (sine dubio in *Bryl.* 1.), latina autem ut emendatiora et politiora in lucem prodirent. Graeca passim depravata et minus recte conversa deprehendi; in utrisque igitur emendandis, adhibitis aliis quoque exemplaribus, quantum necessitas exigere videbatur, elaboravi." Ex his facile intelligitur, qui factum sit, ut maximam quidem partem haec editio textum Castalionis referat, sed interdum tamen etiam editionibus Halensi et Bryl. 1. consentiat, nonnisi rarissime oblato quod in vetustioribus edd. non melius compositum deprehendas. Cf. de Bryll. editt. Gail. Oeuvres complètes de Xenoph. T. VII. P. II. p. 131 sqq.

Hae omnes editiones, tametsi negari non potest, primam textus recensionem in *Iuntina*, *Halensi* et *Bryl.* 1., secundam in *Aldina*, et tertiam in *Castal.* et *Bryl.* 2. contineri, apud Zeunium tamen, Schneiderum aliosque editores velut in unam conieotae *veteres* promiscue audiunt. Quanquam singularum diversae scripturae Xenophontis interpreti quum alias ob causas tum propterea minime negligendae sunt, quia ut varias Iuntinae Aldinaeque lectiones ignorantem iusta marginum Villoisoni et Victorii intelligentia latet, ita quorsum bona pars Brodaei et Stephani adnotationum spectet, perspicere nequeunt, quicunque, quid in quovis libro circumferatur, cognitum non habeant.

8) IANI CORNARII, medici physici Zuiccaviensis, de Conviviorum veterum Graecorum et hoc tempore Germanorum ritibus, moribus ac sermonibus: item de Amoris praestantia et de Platonis ac Xenophontis dissensione, Libellus. Item Platon. philosophi Athen. Symposium, eodem Iano Corn. interprete, et Xen. phil. Athen. Symposium, ab eodem latine conscriptum. Basileae. p. 47. Francofordiae in ipsis nundinis XVIII. die April. an. Christ. MDXLVI et sub fin.: *Basileae ex officina Io. Oporini an.* MDXLVIII *mense Septbr.* p. 198. form. 8 min.

Reddidit Cornarius Aldinam, eiusque vitiis modo disertis verbis, modo tacite succurrere conatus est. Primus hac interpretatione usus, ne dicam abusus est Schneiderus, quem nescio, an fugerit, libellum *de Conviviis veterum Graecorum* Gronovii Thesauro antiq. graec. T. IX init. insertum esse.

9) Ioannis BRODAEI Turonensis in omnia Xenoph. opera tam graecae quam latinae Annotationes longe doctissimae, nunc primum in lucem editae. Basileae apud Nic. Brylingerum. MDLIX. fol.

Explicationes, quae in hoc libro reperiuntur, quoniam fere in vertendis et circumscribendis vel obscurioribus vel facilioribus locis occupantur, nisi quod ad Xenophontis verba tum illustranda, tum stabilienda nonnunquam aliorum loci scriptorum laudantur, multo minorem utilitatem Xenophonti attulerunt, quam diversarum lectionum copia, quibus ex Aldina et aliquot codicibus depromptis Iuntinam textus recensionem emendare studuit. De iis lectionibus, quas tanquam coniecturas suas protulit, quum pleraeque a membranis seriori tempore collatis firmentur, videndum arbitror, ne tantum non omnes ex libris scriptis fluxerint. Ceterum in hoc libro illud maxime dolendum est, quod et quam plurimis et turpissimis scatet operarum vitiis.

10) Xenoph. omnia, quae extant opera. An. MDLXI. Excudebat HENRICVS STEPHANVS, illustris viri Huldrici Fuggeri typographus. fol. et edit. 2 an. MDLXXXI.

Iis, quae Gail. l. l. p. 137 sqq. aliique de utraque Stephani editione monuerunt, illud tantum addo, non sine graviori rei criticae detrimento factum esse, ut per omnia Xenoph. opera errori Schneiderus indulserit, ac si Stephanus, quidquid stellula simul et unco incluserat, tanquam adulterinum damnasset. Etenim ipse Stephanus, quid sibi ista signa vellent, non uno loco indicavit, v. c. ad p. 83 v. 19. „*Verba κατόψονται ἡμᾶς non habent hoc quidem loco veteres nostri codices, quare etiam ea more nostro his notis* *] *interclusimus.*“ Cf. ad p. 138 v. 21 ed. 2. et quae dixi in gem. Xenoph. Cyrop. rec. p. 63. Ceterum quae Stephanus 1 et 2 ad Convivium et Apologiam annotaverat, ut integra commentariis

meis inserenda putarem, non minus me librorum illorum raritas quam observationum praestantia commoverunt. Quam autem passim a me *vulgatam* dici animadvertes, eam in altera Stephaniana longe praestantissima contineri scias. Praeterea notandum, *latinam operum Xenophont. interpretationem a diversis editam*, quam partim ipse recognovit Stephanus, partim per alios, ut ait, recognoscendam curavit, una cum Thucydidis interpretatione et annotamentis ad editionem primam, cui vulgo adnexa est, separatim quoque venditam esse. Unde nescio, an non hae interpretationes alicubi etiam secundae editioni additae compareant.

11) *Ξενοφῶντος ἅπαντα τὰ σωζόμενα βιβλία.* Xenophontis et imperatoris et philosophi clarissimi omnia, quae extant, opera Ioanne Levvenklaio interprete. Cum annotationibus et indice (latino) copioso. Basileae per Thomam Guarinum MDLXIX. fol.

In prooemio huius editionis, quam Zeunius non viderat, de consilio suo ita disseruit Leunclavius: „Atque equidem ut pro virili mea nonnihil ad hoc operae conferrem, ut Xenophontis nostri tam utiles libri a diversis etiam hominibus cum fructu legerentur, non solum exemplaria graeca multis a mendis repurgavi, sed interpunctionem quoque novam adieci, quae tum seorsum legi sine fastidio posset ab iis, qui Graeca non desiderant, tum studiosis literarum hominibus utramque linguam inter se quasi conferre cupientibus serviret.“ Ab hoc exemplari nihil differt, quod licet rarius a me excitatum Leonclav. 2 appellavimus, hunc in modum inscriptum

12) *Ξενοφῶντος τὰ εὑρισκόμενα.* Xen. phil. et imp. clar. quae extant opera in duos tomos divisa (vid. post pag. 507), Graece multo quam ante castigatius edita, adiecta etiam ad marg. scripturae discrepantia. Latine cura tanta elucubrata, ut cum edd. quibusvis facilime (sic) certare possint. Annotationes quoque ad locorum obscuriorum sententiam investigandam in fine Operis totius adiectae sunt satis locupletes. Opera I. Levnclavii Amelbvrni. Additus in calce Index etc. *Basileae* per *Lazarum Zetznerum,* anno MDXCV. fol. Praeter titulum nihil haec editio habet, quo a Leunclaviana prima discrepet. Adeo et paginarum numeri et literarum ductus priori exemplo respondent, ut librariorum fraudem non possis non agnoscere. Omnium plenissima est

13) Levnclaviana tertia, edita a *Frid. Sylburgio.* Francofurti apud Andreae Wecheli haeredes. MDXCVI. fol.

Multo minorem curam quam Stephanum in textu expoliendo et diversis lectionibus enotandis et distinguendis adhibuisse Leunclavium, observarunt etiam alii, minus cognitum quum in ceteris tum in hac tertia non secundae Stephan., quod necessarium esset, sed primae textum a Leunclavio repetitum fuisse, id quod multo

usu et diligenti harum editionum comparatione edoctus certo affirmare possum.

14) Aliquanto splendidioribus typis tertia s. secunda haec ad verbum recusa est Lvtetiae Parisiorvm typis regiis apud societ. Graecarum editionum MDCXXV fol., omissis tamen in Commentario acerrimis conviciis, quibus Stephanum prosciderat Leunclavius. Cf. de hac edit. Miscell. critt. ed. Friedemann et Seeb. II. P. I. p. 151.

15) *Ξενοφ. Ἀπομνημονευμάτων βιβλία δ'. Τοῦ αὐτοῦ Σωκράτους Ἀπολογία ἐκ θεάτρου ἐν Ὀξονίᾳ. Ἔτει αχξ'.* form. 8. Continet versionem latinam textui subiectam et sub finem i. e. p. 292 sqq. variis lectiones cum Annott. e Stephani maxime editione, cuius textum expressit, desumptas.

16) Chrestomathia graeca, ed. I. M. Gesner. Lips. 1731. — edit. 8. Lips. 1792. 8.

17) Xenoph. Oeconomicus, Apologia Socratis, Symposium, Hiero, Agesilaus cum animadverss. Io. Avg. Bachii, Lips. 1749. 8.

18) Xen. Oecon. Apol. Symp. Hiero, Ages. epp. Fragm. rec. I. C. Zevnivs. Lips. 1782. 8.

19) Xenoph. Memorab. libri IV. recens. I. G. Schneider. Lips. 1790. — cum Apolog. Socratis 1801. et ed. 3. 1816. 8.

20) Xenoph. Symposium. Textu recognito seorsim edidit Wilh. Lange. Hal. Sax. 1802. 8.

21) Xenoph. scripta, illustrata a B. Weiske. Vol. V. Oecon. Conviv. Hier. Apol. et Mem. continens. Lips. 1802.

22) Xenoph. Oecon. Conviv. Hier. Ages. rec. I. G. Schneider. 1805. 8.

23) *Ἀπολογία Σωκράτους κατὰ Πλάτωνα καὶ Ξενοφῶντα.* Apologie de Socrate d'après Platon et Xen. avec des remarques sur le texte grec et la tradition françoise. Par Fr. Thvrot, directeur de l'Ecole de sciences et de belles lettres. A Paris chez Firmin Didot. 1806. 8.

Totus pendet in Platonis scriptis a Fischero, in Xenoph. apologia a Weiskio Germanisque interpretibus: ceteroquin nitida est editio, nec nusquam observationes continet multo Gailianis praestantiores.

24) Oeuvres complètes de Xen., traduites en françois, et accompagnées du texte grec, de la version latine, de notes critiques, de variantes de MSS. de la bibl. royale, de plans de batailles et cartes géogr. etc. Par I. B. Gail. Tom. I. 1814 (novus est, ut videtur, titulus) T. II. an. VI. T. III. an. VII. T. IV. an. IX. Tom. V. an. X. T. V. P. II. 1815. T. VI. an. XII. T. VII. 1808. P. II. 1814. P. III. 1815. 4.

Hanc editionem nonnisi hic ibi inspicere placuit, quum Zeu-

nii textum, si a novis quibusdam vitiis discesseris, se imprimendum curasse, ipse profiteatur Gailius. Quicunque horum voluminum Tomi septimi particulam primam possederint, in qua variarum lectionum farrago continetur, reliquis facile carere poterunt. Idem valet de Diario, quod inscripsit

25) Le Philologue, ou Recherches historiques, grammat. lexicolog. etc. spécialement d'après Hérodote, Thucyd. et Xenophon. form. 8.

Septemdecim fasciculi, quos usque ad annum 1823 ineuntem publici iuris fecit, triginta illi et quod excurrit imperialibus in Germania emendi, omnis generis ineptiis, a philologia longissime remotis, vanis repetitionibus, fabulis puerilibus nugisque repleti sunt, ut Francogallicorum magistrorum pariter et iuvenum, quorum in usum illa se scripsisse ait Gailius, nos quam maxime misereat. Nam si qua forte melioris notae insunt, ad unum omnia vel extremis Xenoph. operibus vel *Auctario Xenophonteo*, quod anno 1821 in quarta forma edidit, inserta reperiuntur.

26) Aug. Boeckh. Disputat. de simultate, quam Plato cum Xen. exercuisse fertur. 1811. 4. pag. 39.

27) Anmerkungen zu Xen. Gastmahl von Conrad von Orelli. Mit Zusätzen von I. H. Bremi, Zürich 1814. 8. — etiam in Append. ad Isocrat. περὶ τῆς ἀντιδ. p. 502 sqq.

28) Xen. Convivium et Agesilaus ex recens. Lud. Dindorfii. Lips. 1823.

29) Xen. Memorabilia et Apologia Socratis. Versio Leunclavio-Welsiana passim emendat. et ad opt. edit. reficta. Lugd. Bat. 1822. Mera est versio latina.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
ΑΠΟΛΟΓΙΑ
ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΔΙΚΑΣΤΑΣ.

Cum vulgo ab iis, qui de morte Socratis exposuerant, magniloquentia quidem eius commemorata esset, sed causae non allatae, cur ille iudicibus non supplex factus fuerit, imo eos dictis factisque irritaverit ad se damnandum; Xenophon conatur magistrum a stulta pertinacia et a vano animi fastu vindicare, ostenditque, Socrati tunc melius visum esse mori, quam diutius vivere. §. 1. Refert igitur Xenophon primo sermonem, quem Socrates cum Hermogene ante iudicium habuerat. Ille enim ab hoc admonitus negat se apud iudices causam dicturum esse, non modo quod semper ab omni abstinuerit iniuria, sed quod saepius etiam de causa cogitare volenti deus sibi obstiterit, quia sine dubio bene de se actum sit, si iam moriatur. §§. 2—10. In iudicio causam suam agens ostendit, mirum sibi videri, quod a Melito reus sit factus religionis contemtae et iuventutis corruptae, cum tamen sacra fecerit in altaribus publicis, a deo admonitus sit de rebus suis, ab Apolline laudem maxi-

marum virtutum adeptus sit, eamque verissimam propterea, quod a corporis voluptatibus abstinuerit, alieni non appetens mercedem pro disciplina exegerit nullam, multis viris bonis gratus acceptusque fuerit, paucis contentus vixerit, neque ullius hominis mores depravaverit. §§. 10 — 23. Quamobrem damnatus a iudicibus nec litem aestimare, ut innocentiae suae sibi conscius, nec clam e carcere abire voluit, sed impietate ac turpitudine testibus iudicibusque obiecta laetus e iudicio abiit. §§. 23 — 27. Amicos e iudicio secum discedentes a lacrimis abstinere ac laetari potius iubet, intempestivam Apollodori querelam venuste nec sine risu castigans. Anyti vero accusatoris sui filium praedicit ad grave et exitiosum aliquod vitium esse prolapsurum: quod evenit. §§. 27 — 32. In epilogo a §. 32. scriptor affirmat, sapienter et fortiter Socratem fecisse, quod magniloquentia sua iudices ad se condemnandum irritaverit.

1 Σωκράτους δὲ ἄξιόν μοι δοκεῖ εἶναι μεμνῆσθαι καὶ 701. ed. Leoncl.
ὡς, ἐπειδὴ ἐκλήθη εἰς τὴν δίκην, ἐβουλεύσατο περί τε τῆς ἀπολογίας καὶ τῆς τελευτῆς τοῦ βίου. Γεγράφασι μὲν οὖν περὶ τούτου καὶ ἄλλοι, καὶ πάντες ἔτυχον τῆς μεγαληγορίας αὐτοῦ· ᾧ καὶ δῆλον, ὅτι τῷ ὄντι οὕτως ἐῤῥήθη ὑπὸ Σωκράτους. Ἀλλ' ὅτι ἤδη ἑαυτῷ ἡγεῖτο αἱρετώτερον εἶναι τοῦ βίου θάνατον, τοῦτο οὐ διεσαφήνισαν· ὥστε ἀφρονεστέρα αὐτοῦ φαίνεται εἶναι ἡ μεγαληγορία. Ἑρμογένης μέντοι ὁ Ἱππονίκου ἑταῖρός τε ἦν αὐτῷ, καὶ ἐξήγγειλε περὶ αὐτοῦ τοιαῦτα, ὥστε πρέπουσαν φαίνεσθαι τὴν μεγαληγορίαν αὐτοῦ τῇ διανοίᾳ. Ἐκεῖνος γὰρ ἔφη, ὁρῶν αὐτὸν περὶ πάντων μᾶλλον διαλεγόμενον ἢ περὶ τῆς δίκης, εἰπεῖν· Οὐκ ἐχρῆν μέντοι σκοπεῖν, ὦ Σώκρατες, καὶ ὅ τι ἀπολογήσῃ; Τὸν δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀποκρίνασθαι, Οὐ γὰρ δοκῶ σοι ἀπολογεῖσθαι μελετῶν

διαβεβιωκέναι; Ἔπειτα δ᾽ αὐτὸν ἐρέσθαι, Πῶς; Ὅτι
οὐδὲν ἄδικον διαγεγένημαι ποιῶν· ἥνπερ νομίζω με-
λέτην εἶναι καλλίστην ἀπολογίας. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸν πά-4
λιν λέγειν, Οὐχ ὁρᾷς τὰ Ἀθηναίων δικαστήρια, ὡς
πολλάκις μὲν οὐδὲν ἀδικοῦντας λόγῳ παραχθέντες
702 ἀπέκτειναν, πολλάκις δὲ ἀδικοῦντας ἢ ἐκ τοῦ λόγου
οἰκτίσαντες ἢ ἐπιχαρίτως εἰπόντας ἀπέλυσαν; Ἀλλὰ
ναὶ μὰ Δία, φάναι αὐτὸν, καὶ δὶς ἤδη ἐπιχειρήσαντός
μου σκοπεῖν περὶ τῆς ἀπολογίας, ἐναντιοῦταί μοι τὸ
δαιμόνιον. Ὡς δὲ αὐτὸν εἰπεῖν, Θαυμαστὰ λέγεις,5
τὸν δ᾽ αὖ ἀποκρίνασθαι, Ἦ θαυμαστὸν νομίζεις, εἰ
καὶ τῷ θεῷ δοκεῖ ἐμὲ βέλτιον εἶναι ἤδη τελευτᾷν;
Οὐκ οἶσθα, ὅτι μέχρι μὲν τοῦδε οὐδενὶ ἀνθρώπων
ὑφείμην βέλτιον ἐμοῦ βεβιωκέναι; Ὅπερ γὰρ ἥδιστόν
ἐστιν, ᾔδειν ὁσίως μοι καὶ δικαίως ἅπαντα τὸν βίον
βεβιωμένον· ὥστε ἰσχυρῶς ἀγάμενος ἐμαυτὸν, ταὐτὰ
εὕρισκον καὶ τοὺς ἐμοὶ συγγινομένους γιγνώσκοντας
περὶ ἐμοῦ. Νῦν δὲ εἰ ἔτι προβήσεται ἡ ἡλικία, οἶδ᾽6
ὅτι ἀνάγκη ἔσται τὰ τοῦ γήρως ἀποτελεῖσθαι, καὶ
ὁρᾶν τε χεῖρον, καὶ ἀκούειν ἧσσον, καὶ δυςμαθέστε-
ρον εἶναι, καὶ ὧν ἔμαθον ἐπιλησμονέστερον. Ἢν δὲ
αἰσθάνωμαι χείρων γιγνόμενος, καὶ καταμέμφωμαι
ἐμαυτὸν, πῶς ἂν, εἰπεῖν, ἐγὼ ἔτι ἂν ἡδέως βιοτεύοιμι;
Ἴσως δέ τοι, φάναι αὐτὸν, καὶ ὁ θεὸς δι᾽ εὐμένειαν7
προξενεῖ μοι οὐ μόνον τὸ ἐν καιρῷ τῆς ἡλικίας κα-
ταλῦσαι τὸν βίον, ἀλλὰ καὶ τὸ ᾗ ῥᾷστα. Ἢν γὰρ
νῦν κατακριθῇ μοι, δῆλον ὅτι ἐξέσται μοι τῇ τελευτῇ
χρῆσθαι, ἣ ῥᾴστη μὲν ὑπὸ τῶν τούτου ἐπιμεληθέν-
των κέκριται, ἀπραγμονεστάτη δὲ τοῖς φίλοις, πλεῖ-
στον δὲ πόθον ἐμποιοῦσα τοῦ τελευτῶντος. Ὅταν γὰρ
ἄσχημον μὲν μηδὲν μηδὲ δυςχερὲς ἐν ταῖς γνώμαις
τῶν παρόντων καταλίπηται, ὑγιὲς δὲ τὸ σῶμα ἔχων
καὶ τὴν ψυχὴν δυναμένην φιλοφρονεῖσθαι ἀπομαραί-
νηται, πῶς οὐκ ἀνάγκη τοῦτον ποθεινὸν εἶναι; Ὀρθῶς8
δὲ οἱ θεοὶ τότε μου ἠναντιοῦντο, φάναι αὐτὸν, τῇ

τοῦ λόγου ἐπισκέψει; ὅτε ἐδόκει ἡμῖν ζητητέα εἶναι
ἐκ παντὸς τρόπου τὰ ἀποφευκτικά. Εἰ γὰρ τοῦτο
διεπραξάμην, δῆλον ὅτι ἡτοιμασάμην ἄν, ἀντὶ τοῦ ἤδη
λῆξαι τοῦ βίου, ἢ νόσοις ἀλγυνόμενος τελευτῆσαι ἢ
γήρᾳ, εἰς ὃ πάντα τὰ χαλεπὰ συῤῥεῖ καὶ μάλα ἔρημα
9 τῶν εὐφροσυνῶν. Μὰ Δί', εἰπεῖν αὐτὸν, ὦ Ἑρμό-
γενες, ἐγὼ ταῦτα οὐδὲ προθυμήσομαι· ἀλλ' ὅσων νο-
μίζω τετυχηκέναι καλῶν καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρ' ἀν-
θρώπων, καὶ ἣν ἐγὼ δόξαν ἔχω περὶ ἐμαυτοῦ, ταύ-
την ἀναφαίνων εἰ βαρύνω τοὺς δικαστὰς, αἱρήσομαι
τελευτᾶν μᾶλλον, ἢ ἀνελευθέρως τὸ ζῆν ἔτι προσαι-
τῶν, κερδᾶναι τὸν πολὺ χεῖρω βίον ἀντὶ θανάτου.
10 Οὕτως δὲ γνόντα αὐτὸν ἔφη εἰπεῖν· ἐπεὶ δὲ κατη- 703
γόρησαν αὐτοῦ οἱ ἀντίδικοι, ὡς, οὓς μὲν ἡ πόλις
νομίζει θεοὺς, οὐ νομίζοι, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια
εἰςφέροι, καὶ τοὺς νέους διαφθείροι, παρελθόντα εἰ-
11 πεῖν: Ἀλλ' ἐγὼ, ὦ ἄνδρες, τοῦτο μὲν πρῶτον θαυ-
μάζω Μελίτου, ὅτῳ ποτὲ γνοὺς λέγει, ὡς ἐγὼ, οὓς
ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, οὐ νομίζω· ἐπεὶ θύοντά γέ με
ἐν ταῖς κοιναῖς ἑορταῖς, καὶ ἐπὶ τῶν δημοσίων βω-
μῶν, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ παρατυγχάνοντες ἑώρων καὶ
12 αὐτὸς Μέλιτος, εἰ ἠβούλετο. Καινά γε μὴν δαιμόνια
πῶς ἂν ἐγὼ εἰςφέροιμι, λέγων, ὅτι θεοῦ μοι φωνὴ
φαίνεται σημαίνουσα, ὅ τι χρὴ ποιεῖν; Καὶ γὰρ οἱ
φθόγγοις οἰωνῶν καὶ οἱ φήμαις ἀνθρώπων χρώμενοι
φωναῖς δήπου τεκμαίρονται· βροντὰς δὲ ἀμφιλέξει
τις ἢ μὴ φωνεῖν ἢ μὴ μέγιστον οἰωνιστήριον εἶναι;
Ἡ δὲ Πυθοῖ ἐν τῷ τρίποδι ἱέρεια οὐ καὶ αὐτὴ φωνῇ
13 τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ διαγγέλλει; Ἀλλὰ μέντοι καὶ τὸ
προειδέναι γε τὸν θεὸν τὸ μέλλον, καὶ τὸ προσημαί-
νειν, ᾧ βούλεται, καὶ τοῦτο, ὥςπερ ἐγώ φημι, οὕτω
πάντες καὶ λέγουσι καὶ νομίζουσιν. Ἀλλ' οἱ μὲν οἰω-
νούς τε καὶ φήμας καὶ συμβόλους τε καὶ μάντεις ὀνο-
μάζουσι τοὺς προσημαίνοντας εἶναι· ἐγὼ δὲ τοῦτο
δαιμόνιον καλῶ· καὶ οἶμαι οὕτως ὀνομάζων, καὶ ἀλη-

θέστερα καὶ ὁσιώτερα λέγειν τῶν τοῖς ὄρνισιν ἀνατιθέντων τὴν τῶν θεῶν δύναμιν. Ὥς γε μὴν οὐ ψεύδομαι κατὰ τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦτ᾽ ἔχω τεκμήριον· καὶ γὰρ τῶν φίλων πολλοῖς δὴ ἐξαγγείλας τὰ τοῦ θεοῦ συμβουλεύματα οὐδεπώποτε ψευσάμενος ἐφάνην. Ἐπεὶ 14
δὲ ταῦτ᾽ ἀκούοντες οἱ δικασταὶ ἐθορύβουν, οἱ μὲν ἀπιστοῦντες τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ καὶ φθονοῦντες, εἰ καὶ παρὰ θεῶν μειζόνων ἢ αὐτοὶ τυγχάνοι, πάλιν εἰπεῖν τὸν Σωκράτην· Ἄγε δὴ, ἀκούσατε καὶ ἄλλα, ἵνα ἔτι μᾶλλον οἱ βουλόμενοι ὑμῶν ἀπιστῶσι τῷ ἐμὲ τετιμῆσθαι ὑπὸ δαιμόνων. Χαιρεφῶντος γάρ ποτε ἐπερωτῶντος ἐν Δελφοῖς περὶ ἐμοῦ, πολλῶν παρόντων, ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων, μηδένα εἶναι ἀνθρώπων ἐμοῦ μήτε ἐλευθεριώτερον, μήτε δικαιότερον, μήτε σωφρονέστερον. Ὡς δ᾽ αὖ ταῦτ᾽ ἀκούσαντες οἱ δικα- 15
σταὶ ἔτι μᾶλλον εἰκότως ἐθορύβουν, αὖθις εἰπεῖν τὸν Σωκράτην· Ἀλλὰ μείζω μὲν, ὦ ἄνδρες, εἶπεν ὁ θεὸς ἐν χρησμοῖς περὶ Λυκούργου τοῦ Λακεδαιμονίοις νομοθετήσαντος, ἢ περὶ ἐμοῦ. Λέγεται γὰρ εἰς τὸν
704 ναὸν εἰσιόντα προσειπεῖν αὐτόν· Φροντίζω, πότερα θεόν σε εἴπω, ἢ ἄνθρωπον. Ἐμὲ δὲ θεῷ μὲν οὐκ εἴκασεν, ἀνθρώπων δὲ πολλῷ προέκρινεν ὑπερφέρειν. Ὅμως δὲ ὑμεῖς μηδὲ ταῦτα εἰκῇ πιστεύσητε τῷ θεῷ, ἀλλὰ καθ᾽ ἓν ἕκαστον ἐπισκοπεῖτε, ὧν εἶπεν ὁ θεός. Τίνα μὲν γὰρ ἐπίστασθε ἧσσον ἐμοῦ 16
δουλεύοντα ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις; Τίνα δὲ ἀνθρώπων ἐλευθεριώτερον; ὃς παρ᾽ οὐδενὸς οὔτε δῶρα οὔτε μισθὸν δέχομαι. Δικαιότερον δὲ τίνα ἂν εἰκότως νομίσαιτε τοῦ πρὸς τὰ παρόντα συνηρμοσμένου, ὡς τῶν ἀλλοτρίων μηδενὸς προσδεῖσθαι; Σοφὸν δὲ πῶς οὐκ ἄν τις εἰκότως ἄνδρα φήσειεν εἶναι, ὃς ἐξ ὅτουπερ ξυνιέναι τὰ λεγόμενα ἠρξάμην, οὐ πώποτε διέλειπον καὶ ζητῶν καὶ μανθάνων ὅ τι ἐδυνάμην ἀγαθόν; Ὡς δὲ οὐ μάτην ἐπόνουν, οὐ δοκεῖ ὑμῖν καὶ 17
τάδε τεκμήρια εἶναι, τὸ πολλοὺς μὲν πολίτας τῶν

ἀρετῆς ἐφιεμένων, πολλοὺς δὲ ξένων, ἐκ πάντων προαι-
ρεῖσθαι ἐμοὶ ξυνεῖναι; Ἐκείνου δὲ τί φήσομεν αἴτιον
εἶναι, τοῦ πάντας εἰδέναι, ὅτι ἐγὼ ἥκιστα ἔχοιμι χρή-
ματα ἀντιδιδόναι, ὅμως πολλοὺς ἐπιθυμεῖν ἐμοί τι
δωρεῖσθαι; Τὸ δ' ἐμὲ μὲν μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἀπαιτεῖσθαι
εὐεργεσίας, ἐμοὶ δὲ πολλοὺς ὁμολογεῖν χάριτας ὀφεί-
18λειν; Τὸ δ' ἐν τῇ πολιορκίᾳ τοὺς μὲν ἄλλους οἰκτεί-
ρειν ἑαυτοὺς, ἐμὲ δὲ μηδὲν ἀπορώτερον διάγειν, ἢ
ὅτε τὰ μάλιστα ἡ πόλις εὐδαιμονεῖ; Τὸ δὲ τοὺς ἄλ-
λους μὲν τὰς εὐπαθείας ἐκ τῆς ἀγορᾶς πολυτελεῖς πο-
ρίζεσθαι, ἐμὲ δὲ ἐκ τῆς ψυχῆς ἄνευ δαπάνης ἡδίους
ἐκείνων μηχανᾶσθαι; Εἴ γε μὴν, ὅσα εἴρηκα περὶ
ἐμαυτοῦ, μηδεὶς δύναιτ' ἂν ἐξελέγξαι με ὡς ψεύδο-
μαι, πῶς οὐκ ἂν ἤδη δικαίως καὶ ὑπὸ θεῶν καὶ ὑπ'
19ἀνθρώπων ἐπαινοίμην; Ἀλλ' ὅμως σύ με φῂς, ὦ Μέ-
λιτε, τοιαῦτα ἐπιτηδεύοντα τοὺς νέους διαφθείρειν;
Καίτοι ἐπιστάμεθα μὲν δή που, τίνες εἰσὶ νέων δια-
φθοραί· σὺ δὲ εἰπὲ, εἴ τινα οἶσθα ὑπ' ἐμοῦ γεγενη-
μένον ἢ ἐξ εὐσεβοῦς ἀνόσιον, ἢ ἐκ σώφρονος ὑβρι-
στὴν, ἢ ἐξ εὐδιαίτου πολυδάπανον, ἢ ἐκ μετριοπότου
οἰνόφλυγα, ἢ ἐκ φιλοπόνου μαλακὸν, ἢ ἄλλης πονη-
20ρᾶς ἡδονῆς ἡσσημένον. Ἀλλὰ, ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Μέ-
λιτος, ἐκείνους οἶδα, οὓς σὺ πέπεικας σοὶ πείθεσθαι
μᾶλλον, ἢ τοῖς γειναμένοις. Ὁμολογῶ, φάναι τὸν
Σωκράτην, περί γε παιδείας· τοῦτο γὰρ ἴσασιν ἐμοὶ
μεμεληκός. Περὶ δὲ ὑγιείας τοῖς ἰατροῖς μᾶλλον οἱ 705
ἄνθρωποι πείθονται, ἢ τοῖς γονεῦσι· καὶ ἐν ταῖς ἐκ-
κλησίαις γε πάντως οἱ Ἀθηναῖοι πάντες δήπου τοῖς
φρονιμώτατα λέγουσι πείθονται μᾶλλον, ἢ τοῖς προσή-
κουσιν. Οὐ γὰρ δὴ καὶ στρατηγοὺς αἱρεῖσθε καὶ πρὸ
πατέρων καὶ ἀδελφῶν, καὶ ναὶ μὰ Δία γε ὑμεῖς πρὸ
ὑμῶν αὐτῶν, οὓς ἂν ἡγῆσθε περὶ τῶν πολεμικῶν
φρονιμωτάτους εἶναι; Οὕτω γὰρ, φάναι τὸν Μέλιτον;
21ὦ Σώκρατες, καὶ συμφέρει καὶ νομίζεται. Οὔκουν,
εἰπεῖν τὸν Σωκράτην, θαυμαστὸν καὶ τοῦτό σοι δο-

κεῖ εἶναι, τὸ ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πράξεσι μὴ μόνον
ἰσομοιρίας τυγχάνειν τοὺς κρατίστους, ἀλλὰ καὶ προ-
τετιμῆσθαι· ἐμὲ δὲ, ὅτι περὶ τοῦ μεγίστου ἀγαθοῦ
ἀνθρώποις, περὶ παιδείας, βέλτιστος εἶναι ὑπό τινων
προκρίνομαι, τούτου ἕνεκα θανάτου ὑπὸ σοῦ διώκε-
σθαι;

Ἐῤῥήθη μὲν δῆλον ὅτι τούτων πλείονα ὑπό τε 22
αὐτοῦ καὶ τῶν συναγορευόντων φίλων αὐτῷ· ἀλλ'
ἐγὼ οὐ τὰ πάντα εἰπεῖν τὰ ἐκ τῆς δίκης ἐσπούδασα,
ἀλλ' ἤρκεσέ μοι δηλῶσαι, ὅτι Σωκράτης τὸ μὲν μήτε
περὶ θεοὺς ἀσεβῆσαι μήτε περὶ ἀνθρώπους ἄδικος
φανῆναι περὶ παντὸς ἐποιεῖτο· τὸ δὲ μὴ ἀποθανεῖν
οὐκ ᾤετο λιπαρητέον εἶναι, ἀλλὰ καὶ καιρὸν ἤδη ἐνό-
μιζεν ἑαυτῷ τελευτᾶν. Ὅτι δὲ οὕτως ἐγίγνωσκε, κα- 23
ταδηλότερον ἐγίγνετο, ἐπεὶ καὶ ἡ δίκη κατεψηφίσθη.
Πρῶτον μὲν γὰρ κελευόμενος ὑποτιμᾶσθαι, οὔτε αὐ-
τὸς ὑπετιμήσατο, οὔτε τοὺς φίλους εἴασεν, ἀλλὰ καὶ
ἔλεγεν, ὅτι τὸ ὑποτιμᾶσθαι ὁμολογοῦντος εἴη ἀδικεῖν.
Ἔπειτα τῶν ἑταίρων ἐκκλέψαι βουλομένων αὐτὸν, οὐκ
ἐφείπετο, ἀλλὰ καὶ ἐπισκῶψαι ἐδόκει, ἐρόμενος εἴ
που εἰδεῖέν τι χωρίον ἔξω τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα οὐ προς-
βατὸν θανάτῳ.

Ὡς δὲ τέλος εἶχεν ἡ δίκη, εἰπεῖν αὐτόν· Ἀλλ', 24
ὦ ἄνδρες, τοὺς μὲν διδάσκοντας τοὺς μάρτυρας, ὡς
χρὴ ἐπιορκοῦντας καταψευδομαρτυρεῖ ἐμοῦ, καὶ τοὺς
πειθομένους τούτοις, ἀνάγκη ἐστὶ πολλὴν ἑαυτοῖς συν-
ειδέναι ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν· ἐμοὶ δὲ τί προςήκει
νῦν μεῖον φρονεῖν, ἢ πρὶν κατακριθῆναι, μηδὲν ἐλεγ-
χθέντι, ὡς πεποίηκά τι ὧν ἐγράψαντό με; Οὔτε γὰρ
ἔγωγε ἀντὶ Διὸς καὶ Ἥρας καὶ τῶν σὺν τούτοις θεῶν
οὔτε θύων τισὶ καινοῖς δαίμοσιν, οὔτε ὀμνὺς, οὔτε
706 νομίζων ἄλλους θεοὺς ἀναπέφηνα. Τούς γε μὴν νέους 25
πῶς ἂν διαφθείροιμι, καρτερίαν καὶ εὐτέλειαν προςε-
θίζων; Ἐφ' οἷς γε μὴν ἔργοις κεῖται θάνατος ἡ ζημία,
ἱεροσυλίᾳ, τοιχωρυχίᾳ, ἀνδραποδίσει, πόλεως προδο-

σίᾳ, οὐδ' αὐτοὶ οἱ ἀντίδικοι τούτων πρᾶξαί τι κατ' ἐμοῦ φασίν: ὥστε θαυμαστὸν ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, ὅπου ποτὲ ἐφάνη ὑμῖν τὸ τοῦ θανάτου εἰργασμένον ἐμοὶ
26ἄξιον. Ἀλλ' οὐδὲ μέντοι, ὅτι ἀδίκως ἀποθνήσκω, διὰ τοῦτο μεῖον φρονητέον. Οὐ γὰρ ἐμοί, ἀλλὰ τοῖς καταγνοῦσι τοῦτο αἰσχρόν ἐστι. Παραμυθεῖται δ' ἔτι με καὶ Παλαμήδης, ὁ παραπλησίως ἐμοὶ τελευτήσας· ἔτι γὰρ καὶ νῦν πολὺ καλλίους ὕμνους παρέχεται Ὀδυσσέως τοῦ ἀδίκως ἀποκτείναντος αὐτόν. Οἶδ' ὅτι καὶ ἐμοὶ μαρτυρήσεται ὑπό τε τοῦ ἐπιόντος καὶ ὑπὸ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, ὅτι ἠδίκησα μὲν οὐδένα πώποτε, οὐδὲ πονηρότερον ἐποίησα, εὐεργέτουν δὲ τοὺς ἐμοὶ διαλεγομένους, προῖκα διδάσκων ὅ τι ἐδυνάμην ἀγαθόν.

27 Εἰπὼν δὲ ταῦτα, μάλα ὁμολογουμένως δὴ τοῖς εἰρημένοις ἀπῄει καὶ ὄμμασι καὶ σχήμασι καὶ βαδίσματι φαιδρός. Ὡς δὲ ᾔσθετο ἄρα τοὺς παρεπομένους δακρύοντας, Τί τοῦτο; εἰπεῖν αὐτόν, ἢ ἄρτι δακρύετε; οὐ γὰρ πάλαι ἴστε, ὅτι, ἐξ ὅτου περ ἐγενόμην, κατεψηφισμένος ἦν μου ὑπὸ τῆς φύσεως ὁ θάνατος; Ἀλλὰ μέντοι, εἰ μὲν ἀγαθῶν ἐπιῤῥεόντων προαπόλλυμαι, δῆλον ὅτι ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς εὔνοις λυπητέον· εἰ δὲ χαλεπῶν προςδοκωμένων καταλύω τὸν βίον, ἐγὼ μὲν οἶμαι, ὡς εὐπραγοῦντος ἐμοῦ, πᾶσιν
28ὑμῖν εὐθυμητέον εἶναι. Παρὼν δέ τις Ἀπολλόδωρος, ἐπιθυμητὴς μὲν ἰσχυρῶς αὐτοῦ, ἄλλως δ' εὐήθης, εἶπεν ἄρα. Ἀλλὰ τοῦτο ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, χαλεπώτατα φέρω, ὅτι ὁρῶ σε ἀδίκως ἀποθνήσκοντα. Τὸν δὲ λέγεται καταψήσαντα αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν εἰπεῖν· Σὺ δέ, ὦ φίλτατε Ἀπολλόδωρε, μᾶλλον ἂν ἐβούλου με ὁρᾶν δικαίως ἢ ἀδίκως ἀποθνήσκοντα; καὶ ἅμα
29ἐπιγελάσαι. Λέγεται δὲ καὶ Ἄνυτον παριόντα ἰδὼν εἰπεῖν· Ἀλλ' ὁ μὲν ἀνὴρ ὅδε [γε] κυδρός, ὡς μέγα τι καὶ καλὸν διαπεπραγμένος, εἰ ἀπέκτονέ με, ὅτι, αὐτὸν τῶν μεγίστων ὑπὸ τῆς πόλεως ὁρῶν ἀξιούμενον,

οὐκ ἔφην χρῆναι τὸν υἱὸν περὶ βύρσας παιδεύειν· ὡς μοχθηρὸς οὗτος, ἔφη, ὃς οὐκ ἔοικεν εἰδέναι, ὅτι, ὁπότερος ἡμῶν καὶ συμφορώτερα καὶ καλλίω εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαπέπρακται, οὗτός ἐστι καὶ ὁ νικῶν.
707 Ἀλλὰ μέντοι, φάναι αὐτὸν, ἀνέθηκε μὲν καὶ Ὅμηρος 30
ἔστιν οἷς τῶν ἐν καταλύσει τοῦ βίου προγιγνώσκειν τὰ μέλλοντα· βούλομαι δὲ καὶ ἐγὼ χρησμῳδῆσαί τι. Συνεγενόμην γάρ ποτε βραχέα τῷ Ἀνύτου υἱῷ, καὶ ἔδοξέ μοι οὐκ ἄῤῥωστος τὴν ψυχὴν εἶναι· ὥςτε φημὶ αὐτὸν ἐπὶ τῇ δουλοπρεπεῖ διατριβῇ, ἣν ὁ πατὴρ αὐτῷ παρεσκεύακεν, οὐ διαμενεῖν· διὰ δὲ τὸ μηδένα ἔχειν σπουδαῖον ἐπιμελητὴν, προςπεσεῖσθαί τινι αἰσχρᾷ ἐπιθυμίᾳ, καὶ προβήσεσθαι μέντοι πόῤῥω μοχθηρίας.
Ταῦτα δ' εἰπὼν οὐκ ἐψεύσατο· ἀλλ' ὁ νεανίσκος ἡσθεὶς 31
οἴνῳ, οὔτε νυκτὸς οὔτε ἡμέρας ἐπαύετο πίνων· καὶ τέλος οὔτε τῇ ἑαυτοῦ πόλει οὔτε τοῖς φίλοις οὔτε αὑτῷ ἄξιος οὐδενὸς ἐγένετο. Αὐτὸς μὲν δὴ διὰ τὴν τοῦ υἱοῦ πονηρὰν παιδείαν καὶ διὰ τὴν αὑτοῦ ἀγνωμοσύνην ἔτι καὶ τετελευτηκὼς τυγχάνει κακοδοξίας. Σω- 32
κράτης δὲ, διὰ τὸ μεγαλύνειν ἑαυτὸν ἐν τῷ δικαστηρίῳ φθόνον ἐπαγόμενος, μᾶλλον καταψηφίσασθαι ἑαυτοῦ ἐποίησε τοὺς δικαστάς. Ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ θεοφιλοῦς μοίρας τετυχηκέναι· τοῦ μὲν γὰρ βίου τὸ χαλεπώτατον ἀπέλιπε, τῶν δὲ θανάτων τοῦ ῥᾴστου ἔτυχεν. Ἐπεδείξατο δὲ τῆς ψυχῆς τὴν ῥώμην. Ἐπεὶ γὰρ 33
ἔγνω τοῦ ἔτι ζῆν τὸ τεθνάναι αὐτῷ κρεῖσσον εἶναι, ὥςπερ οὐδὲ πρὸς τἄλλα τἀγαθὰ προςάντης ἦν, οὐδὲ πρὸς τὸν θάνατον ἐμαλακίσατο, ἀλλ' ἱλαρῶς καὶ προςεδέχετο αὐτὸν καὶ ἐπετελέσατο. Ἐγὼ μὲν δὴ κατανοῶν 34
τοῦ ἀνδρὸς τήν τε σοφίαν καὶ τὴν γενναιότητα, οὔτε μὴ μεμνῆσθαι δύναμαι αὐτοῦ, οὔτε μεμνημένος μὴ οὐκ ἐπαινεῖν. Εἰ δέ τις τῶν ἀρετῆς ἐφιεμένων ὠφελιμωτέρῳ τινὶ Σωκράτους συνεγένετο, ἐκεῖνον ἐγὼ τὸν ἄνδρα ἀξιομακαριστότατον νομίζω.

APOLOGIA XENOPHONTI ADIUDICATUR.

Quamvis praeclara fuerint *Valckenarii* quum de omnibus scriptis ex antiquitate ad nostram usque aetatem perlatis, tum de Xenophontis Memorabilibus merita, tamen dubitari posse puto, hanc laudem auxerit magis an obscuraverit eo, quod passim in commentariis suis, veluti aliud agens, paucissimis plerumque verbis nonnullorum librorum, Xenophonti vulgo adscriptorum, integritatem impugnavit, eosque tantum non acerrimis cavillationibus deridere studuit. Enimvero laudanda huiusmodi iudicia sunt, quia aliis viris doctis ansam praebent accuratius in causas inquirendi, quae criticum illum permoverint, ut tam severum iudicium de libello aliquo ferret, atque ponderatis utrimque argumentis perspiciendi, quid verum quidve falsum, quid genuinum sit et adulterinum: vituperandus vero ille est, qui, si libri cuiusdam authentiam in dubitationem vocandam putat, eius rei non ipse luculenta testimonia idoneasque causas affert, sed aliis illa investiganda relinquit. Ita non raro accidere videas, ut non modo hominum etiam eruditissimorum animi in errorem abripiantur, verum etiam subinde exsistant, qui causas excitatae suspicionis comminiscantur omnium levissimas, a nemine illas assensu, ne dicam comprobatas, at certe minime comprobandas. Huc mihi pertinere videtur etiam ea quaestio, quam de Xenophonteae Apologiae auctoritate VV. DD. moverunt, praeeunte Valckenario ad Memorab. initium, ubi „*Quae vulgata*, inquit, *prostat ut Xenophontis Σωκράτους ἀπολογία, est illa hoc ingenio capitali, si quid iudico, prorsus indigna, ab eodem*

conflata, cui finem Cyropaediae debemus et alia quaedam, quae vulgo leguntur ut Xenophontea." Intelligit, opinor, praeter *Agesilaum* etiam initium libelli *de Venatione*, quod una cum extrema eius parte Schneiderus commenticium existimavit, ne laudatis quidem, nedum errati convictis *Arriano* et *Aristide*, quorum prior illud ipsum initium Cyneg, quod Xenophontis nomine circumfertur, quin in prooemio opellae suae de eadem materia respexerit, non est quod dubites: *Ξενοφῶντι τῷ Γρύλλου λέλεκται, ὅσα ἀγαθὰ ἀνθρώποις ἀπὸ κυνηγεσίων γίγνεται. καὶ οἱ παιδευθέντες ὑπὸ Χείρωνι τὴν παίδευσιν ταύτην ὅπως θεοφιλεῖς τε ἦσαν καὶ ἔντιμοι ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα.* Aristidis autem identidem locos inde decerptos excitavit T. II. p. 503. ed. Jeb. §. 1. *ἔδοσαν δὲ οἱ θεοὶ καὶ ἐτίμησαν τούτῳ Χείρωνα — καὶ Ξενοφῶντι ἐξήρκεσε μόνον ἐπὶ τῆς ἐννοίας ἀποσιωπῆσαι· Χείρωνα διὰ δικαιότητα· καὶ τὰ ἑξῆς.* cf. etiam p. 510. Pag. 504. §. 18. *ἐγὼ μὲν οὖν παραινῶ τοῖς νέοις, μὴ καταφρονεῖν, κυνηγεσίων — μηδὲ τῆς ἄλλης παιδείας — ἐκ τούτων γὰρ γίνονται τὰ εἰς τὸν πόλεμον ἀγαθοὶ καὶ εἰς τὰ ἄλλα.* Pag. 507. §. 4. *Ζεὺς μὲν καὶ Χείρων ἀδελφοὶ, πατρὸς μὲν τοῦ αὐτοῦ — νύμφης* etc. „*Sed horum hominum auctoritatem*, inquiet, *nihil curo.*" Audio, id ipsum tamen, nullius eam pretii esse et quare repudianda sit, explicandum fuisse putem, antequam ab alio, et cui adiudicatur, auctore profectum aliquem librum esse audacter affirmes. — Sed Socratis hanc apologiam *si eidem debemus, cui Cyropaediae finem*, noli quidquam de apologia vereri: fallor enim magnopere, aut Cyropaediae epilogus non diversum a Xenophonte auctorem habuit. Saltem non defuerunt, qui mihi in *Epilogo Cyropaediae Xenoph.* Lips. 1819. apud Hinrichs venali integritatem eius vindicare conanti consentire faterentur, Censores in Ephem. liter. Lips. 1820. N. 262. p. 2092 sqq. et. Ephem. lit. Jenens. N. 237. p. 451 sqq. 1821., qui tamen non satis perpendit, nihil me aliud egisse, quam ut argumenta ab adversariis subtilissime doctissimeque excogitata et proposita omnibus modis labefactare et refellere studerem; *Poppo* in edit. Cyrop. p. 536. atque adeo auctor libelli *de Cyropaediae epilogo Xenophonti abiudicando*, qui nunc in sacrae scripturae interpretibus clarissimis haud sane infimum locum obtinet, *Davides Schulzius*. *)

---

*) Qua de re *Passovius* eruditissimus me certiorem fieri literis privatis ad *Lindemannum* meum datis voluit d. 21. Decbr. 1821. „Bornemann wird es nicht unangenehm seyn, zu hören, dass er seinen redlichen und wahrheitliebenden,

Quo magis miror, Guil. *Langium*, virum ut non plane indoctum, ita de Xenophonte bene meritum non solum argumenta a Schulzio adhibita, quae pridem explosa et antiquata esse putaveram, tanquam nova et iisdem paene verbis, quibus adversarius dubitationes suas expresserat, in edit. Cyrop. praef. p. XI sq. recoquere, sed etiam p. 522. profiteri potuisse, tam multis internis legitimisque rationibus usum esse Schulzium „*ut quid vere contradici possit, vix reperiri posse videatur.*“ De hac praepostera confessione ut, quid sentiam, paucis proferam, quae epilogi defendendi causa scripsi, aut legere Langius dedignatus est, aut nihil se eorum intellexisse concedat.

Quatenus autem haec Apologia vel Socratis vel Xenophontis ingenio indigna sit, num forma an materia, res an oratio ita sint instructae, ut Socratis Xenophontisve rationem cogitandi scribendique facultatem aut superent aut dedeceant, priusquam perspicuis et dilucidis argumentis a quopiam demonstratum fuerit, quis quaeso adduci poterit, ut ab inepto grammatico aut imitatore scripta esse credat, in quibus nihil non temporibus, loco et personis, quibus attribuitur, conveniat? Neque enim sufficiunt, quae Valckenarius ad Memor. III, 3, 9. καὶ γὰρ ἐν νόσῳ ὃν ἂν ἡγῶνται ἰατρικώτατον εἶναι, τούτῳ μάλιστα πείθονται observavit: *Eadem verbis tamen diversis usus tradiderat K. Π.* I, p. 19, 7. *leguntur que talia in his Socraticis longe plurima, eorum similia quae prostant in K. Π. nec tamen iisdem verbis narrata. Et crederemus Xenophontem sua ipsius, quae dederat in Hist. Graeca, centena continuo in Agesilai encomio transscripsisse? aut Apologiam scripsisse Socratis, in qua nihil alicuius inveniatur momenti, quod non legatur in his commentariis?*“ In animo habet Cyrop. I, 6, 21. γνοίης δ' ἄν, ὅτι τοῦτ' οὕτως ἔχει ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς κάμνουσιν, ὡς προθύμως τοὺς ἐπιτάξοντας ὅ τι χρὴ ποιεῖν καλοῦσι et Apol. §. 20. Nolo nunc urgere, e talibus locis maiore fortassis iure colligi posse, ab uno eodemque homine omnia aut certe a magistro eiusque discipulis *) conscripta esse; quam crebro

---

leider der heidnischen Philologie ganz abtrünnig gewordenen Gegner, meinen Collegen D. Schulz, von der Aechtheit des Epilogs der Cyrop. völlig überzeugt hat, ὥςπερ εἰκός.“

*) Memorab. IV, 4, 6. Hippias crimini dat Socrati, quod semper idem doceat: ἔτι γὰρ σὺ — ἐκεῖνα τὰ αὐτὰ λέγεις, ἃ ἐγὼ πάλαι ποτέ σου ἤκουσα; Καὶ ὁ Σωκράτης, Ὃ δέ γε δεινότερον, ἔφη, ὦ Ἱππία, οὐ μόνον ἀεὶ τὰ αὐτὰ λέγω, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν· ubi vid. Schneider. Cf. IV, 3, 2.

enim similes sententiae, generales praesertim, cum alibi tum apud Xenophontem occurrant, et ut integri loci ex uno in alterum librum ab eodem scriptore translati fuerint, tam certis exemplis evicit Weiskius Xenoph. Opp. T. IV. p. 410 sqq., ut nisi omnes, quotquot laudavit, locos similes sententiasque leviter variantes simul cum libris, unde delibatae esse videntur, suspectas habere volumus, necessario concedendum sit, Apologiam quoque eo, quo induta est, habitu a Xenophonte componi potuisse. Iis, quae in Epilogo p. 24. 81 sqq. observavi, accedit, quod Weiskio iudice T. V. p. 201. accuratius extremum Memor. caput et apologiam comparantibus non pauca hic reperientur sat magni momenti, quae illic frustra quaesiveris.

Valckenarii quidem opinionem iam anno superioris seculi septuagesimo sexto singulari prolusione ad calcem versionis Memor. vernaculae et in opusculis eius recusa examini subiecit *Heinzius*, sed ita, ut neque rei gravitati neque Weiskio satisfecerit, et Schneiderus se vindicias illas ne legisse quidem libere fateatur. Nimirum et argumenta tum externa tum interna, quibus permotum Valckenarium fuisse existimavit, ut hunc libellum Xenophonti abiudicaret, excogitavit talia, quibus convincendis haud ita multum ingenii et operae ipsi impendendum esset, et confutatio ipsa, ut Valckenarii verbis utar, nihil alicuius momenti continet, quod non legatur apud Zeunium aliosque editores. Quid igitur in causa esse putabimus, quare apologiam nostram viri docti hodieque pro spuria habeant? Nemini unquam, credo, acerbum Valckenarii iudicium persuasisset, nisi exstitisset *Schneiderus*, cui non solum in primae edit. Memorab. a. 1790. Addend. et Corrigendis Apologia extremam olim Memorabilium partem constituisse visa esset, ut horum ultimum caput cum Apologia in unum corpus concinnandi faceret periculum, sed qui etiam in secunda et tertia Mem. editione haec affirmare non dubitaverit: „*Equidem in rem praesentem lectorem deducere et rerum sermonisque graeci argumentis Valckenarii iudicium confirmare conatus sum. — Ex iudicio in Editione prima proposito persisto adhuc in ea sententia, quam ad postremum Memorabilium caput adscripsi.*" Operae igitur pretium esse existimavi, tum ea, quae Schneidero in hac apologia offensioni fuerunt, quam potui religiosissime examinare et pro virili parte refutare, tum quidquid ad huius scriptionis integritatem defendendam afferri mihi posse videatur, virorum me doctiorum iudicio subiicere.

1) Ac primum quidem ad *externa* argumenta, quibus plurimum ponderis tribuendum est, quod attinet, iam pridem monuit Zeunius, antiquis temporibus neminem exstitisse, qui Apologiae auctorem in dubium vocasset, plures contra, in quibus emineant *Diog. Laertius* et *Athenaeus*, Xenophontis apologiam commemorasse, et locis inde laudatis nomen Xenophontis praefixisse. Athenaeus igitur p. 218. κἂν τούτοις, inquit, δὲ μὴ ξυμφωνῶν Ξενοφῶντι ὅς φησι· [scrib. Ξενοφῶν φησι] Χαιρεφῶντος γάρ ποτε ἐπερωτήσαντος ἐν Δελφοῖς ὑπὲρ ἐμοῦ et cetera, quae posuimus ad §. 14. Diog. Laert. III, 34. ἔοικε δὲ καὶ Ξενοφῶν πρὸς αὐτὸν ἔχειν οὐκ εὐμενῶς· ὥςπερ γοῦν διαφιλονεικοῦντες τὰ ὅμοια γεγράφασι, Συμπόσιον, Σωκράτους ἀπολογίαν, τὰ Ἠθικὰ ἀπομνημονεύματα, atque in Xenophontis vita II, 57 συνέγραψε δὲ βιβλία πρὸς τὰ τετταράκοντα ἄλλων ἄλλως διαιρούντων· — ἀπολογίαν τε Σωκράτους, καὶ περὶ πόρων, καὶ Ἱέρωνα etc. *Suidas* in vita Platonis. *Stobaeus* p. 93 et 96. laudavit sectionem 26 sqq. ut Xenophontis, et *Georg. Lecapem* in Matthaei lectt. Mosq. Vol. I. p. 78 sqq., quocum facit *Phavorinus*, vocem ἐπιχαρίτως e §. 4. Quibus addunt auctorem τέχνης ῥητορικῆς *Dionysio* adscriptae c. XII. p. 358. Reisk: ἥ γέ τοι ἀπολογία Σωκράτους καὶ Πλάτωνός ἀπολογία ἐστὶ καὶ Ξενοφῶντος ἀπολογία ἐστί. Praeterea ad *Epp. Socratt.* ed. Orelli p. 196. Allatius putat *Aeschinem* verba Apologiae Xen. §. 29. respexisse, quanquam locus ille, quia corruptelam contraxit, ambiguus est. Certiora esse videntur verba p. 20. Σωκράτης δὲ πάντα μᾶλλον ἐνενοήθη τότε ἢ ὅτι ἀγῶνα ἀγωνίζοιτο τοσοῦτον· — ἄλλως τε καὶ γῆρας αὐτῷ ἔφη ὑποκεῖσθαι, καὶ τὸ ζῆν μὴ κρεῖττον αὐτῷ ἔσεσθαι τὸ ἔπειτα, ἀλλὰ κάκιον, κἂν ἀπολυθείη, οὔτε κρεῖττον ἰδεῖν ἢ ἀκοῦσαι ἔτι δύναιτο, ὥςτε κατὰ θεὸν αὐτῷ ἐδόκει ἤδη παρεῖναι ὁ θάνατος· Καὶ καταψηφισθεὶς γελῶν ἐξῄει κ. τ. λ. collata cum §§is 2, 6 et 27. Aeschin. Axioch. p. 134. ed. Fisch. Εἶτα λαθὸν ὑπειςῆλθε τὸ γῆρας, εἰς ὃ πᾶν ξυῤῥεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον καὶ δυςαλθές. Sed omnibus his testimoniis non tantum se auctoritatis adscribere ait Schneiderus, ut aut ipse sententiam suam immutet, aut Valckenarii dictum ullo pacto labefactari credat. Qui ita sentiunt, mirum ni librum alia, et nos habemus, forma indutum olim fuisse, aut vetustatem credulitatis accusandam esse iustis rationibus evicerunt. Neutri opinioni favisse videtur Schneiderus, quum nec quatenus apologia manca sit hodie et mutilata, atque consilio, quod scriptorem ad eam concinnandam excitaverit, vel contradicat vel parum satisfaciat,

verbo ostendere voluerit, neque rei criticae ita omnes veteres imperitos fuisse demonstraverit, ut si schola Alexandrina nulla unquam floruisset, et Demetrius Magnesius de Lacedaemoniorum rep., Xenophonti adscripta, nunquam dubitasset. Vide Diog. Laert. II, 57.

2) „*Cum vero hic libellus* (verba sunt Harlesii in *Fabricii* biblioth. Graeca T. III. p. 14. ed. Harl.) *neque in primis edd. Juntina et Aldina exstet, neque multa hic reperiantur, quae non tradantur in Mem. Socratis, eum Xenophonte indignum esse statuit Valckenarius.*" Primus sane *Reuchlinus* cum Agesilao et Hierone Apologiam edidit quatuor annis post priorem Juntinam, neque ante annum seculi quinti decimi quadragesimum, quo Melanthon, doctior magistro discipulus, Germanorum in usum cuncta Xenophontis opera in lucem emisit, in antiquioribus exemplaribus libellus, quod sciam, comparet. At hoc ita demum, nisi fallor, mirum acciderét, si non eandem fortunam omnium fere scriptorum, eorum maxime, qui non in uno duntaxat librorum genere excelluerunt, ut Aeschyli, Euripidis, Platonis, aliorum opera experta essent; nisi alios codices alia aut unius aut complurium auctorum scripta complecti, et illustres illos apud Italos typographos, quae in Germania graecae literae florere coepissent, parum curasse in vulgus notum esset. Adde, quod *Aretinus* eam seculo sexto decimo ineunte latine verterat et quod in Reuchliniana editione tanta integerrimarum lectionum inest copia, quantam in ceteris tum editis tum scriptis libris, quibus sive Hiero continetur sive Agesilaus, necquidquam circumspicias, ut non videatur dubitari posse, quin praestantiorem membranam Reuchlinus imprimendam curaverit, quam Junta et Aldus, quorum codices utilissimo hoc libro caruerunt. Nam si Xenophontis apologia puro satis et incorrupto habitu ad nostram aetatem pervenit, si seriores editores nihil nisi pusilla quaedam vitia ab operis Reuchl. inducta elimare necesse habuerunt, atque adeo Parisiensis libri tres paucissimis tantum locis meliorem lectionem suppeditarunt, uni hoc debetur editionis principis excellentiae, ex qua in reliqua exemplaria scriptio transiit. De altera Valckenarii causa, quam Harlesius commemoravit, ut postea explicatius disseram, ita semper mihi dignissimum Xenophonte opusculum videbitur, etiamsi nihil nisi hoc inde didicero, veram magniloquentiae, qua Socrates in causa dicenda usus esset, rationem in voluntate et consilio eius moriendi positam fuisse.

Sed licet concesseris, externa haec argumenta aliquam vim habere posse, tamen nisi ex interiore quoque Apologiae indole nova eaque paulo graviora argumenta repeti possint, verendum arbitraberis, ne fides eius et integritas magnopere laborent. Atqui 3) per se non improbabile est, eum, qui universam vitam Socratis publicam et domesticam, docendi rationem et philosophiam contra adversariorum criminationes vindicasset, qui ioca seria eius in Symposio, Memorabilibus et Oeconomico cum posteris communicasset, cuius denique in omnibus scriptis nihil nisi divina Socratis mens spiret, quomodo se et reus ille coram iudicibus et damnatus in praesente mortis periculo gesserit, quid ibi dixerit senseritque, ubi sapientissimi quique interdum sibi ipsi desperarunt, tradere memoriae voluisse, praesertim quum ab aliis intellexisset, magniloquentiam quidem Socratis adumbratam sed eius rei non satis gravem causam adiectam fuisse. His velim eas rationes adnumeres, quae Platonem, ut Socratis defensionem meditaretur, permoverunt, ingeniose illas expositas a M. Christ. Gotthelf. *Koenigio*, celeberrimo scholae Afranae rectore, in libello, quo Memoriam annivers. scholae reg. Afran. d. III. Jul. 1822. celebr. indicit p. 8 sq. et quae inest in loco Dionys. supra excitato ἥ γέ τοι ἀπολογία Σωκράτους καὶ Πλάτωνος ἀπολογία ἐστὶ καὶ Ξενοφῶντος ἀπολογία ἐστί.

4) Quod si Platonis apologia genuina est, — et videtur esse utique, — hoc est, si a Platone, non a putido aliquo eius imitatore profecta est, sponte quasi difficultas sese offert quaerentibus, qui fieri potuerit, ut et hanc et Xenophontis orationem Socrates haberet, facile tamen illa, si quid video, tollenda. Aut enim uterque philosophus suo quisque ingenio obsecutus Socratis aliquam defensionem confinxit, aut una tantum vera est apologia, altera Socrati supposita, aut etiam quae Socrates in iudicio dixerat, ambo literis ita consignare voluerunt, ut Socratis ingenium universe quidem repraesentarent, sed a verbis anxie referendis plane abstinerent. Prima vero ratio quum a Platonis et Xenophontis persona pariter et a certis historiae testimoniis abludat, et secundae rationi interna utriusque orationis natura, quae, si non tam verba quam res spectantur, adeo inter se concinunt, ut alterius ope alteram illustrare possis, manifesto repugnet, restat, ut tertiam rationem tanquam omnium veri simillimam amplectamur, ita quidem, ut sicut in ceteris scriptis sic in apologia quoque a vero propius abesse Xenophontem putemus, quam Platonem, quippe quem constet, ubicunque Socratem loquen-

tem introduxerit, quo erat ingenio ad verum inveniendum quam ad aliorum sententias enarrandas, et verba assimulanda sagaciori, aut suas Socrati opiniones obtrusisse, aut quae hic de divinis humanisque rebus statuisset, multo uberius expromsisse et perfectiora reddidisse. *Schleiermacherus* quidem Plat. Opp. P. I. Vol. II. p. 185. auctor est, in Platonis apologia tam accurate Socratis verba defensionemque repraesentari, quam exercitata hominis memoria et scriptae indoles orationis patiantur. Argumenta tamen, quae ad sententiam suam stabiliendam protulit, tam infirma sunt, facili ut negotio, si Xenophonteae apologiae auctoritatem ullo pacto in discrimen adducerent, infringi et coargui possent. Etenim si vel maxime Socratis verba apud Platonem habeamus integra, nemo profecto erit mortalium, cui tam insignis et paene incredibilis memoria suppetat, quin in copiosiori oratione, quam auribus percepisset, literis mandanda tale aliquid obiter tantum attingat, aut silentio praetermittat, cuius causa se suam apologiam perscripsisse statim a principio testatur Xenophon. Sed de Platonica apologia, quam temere *Astius* a Platone abiudicaverat in libro *Platons Leben und Schriften* p. 474 sqq. cum alii multa egregie scripserint, tum Platoni eam vindicarunt ii, quos nuper attulit *Morgenstern.* in Miscell. critt. Vol. I. P. I. p. 89, quibus hoc ipso anno accessit *Koenig.* l. l. nulla tamen *Thierschii* mentione facta.

5) *Epistolas Socraticas*, in quibus sunt etiam, quae Xenophontis nomen gerunt, si quis cum hac Apologia iisque orationibus, quas Anabasi, Cyropaediae et Hellenicis insertas legimus, sedulo comparaverit, prima statim lectione intelliget, aliud esse sophistarum graeculorumque scribendi genus, aliud huius apologiae proprium: quaesitum illud, contortum et ieiunum, hoc contra exquisitissimum, nativum et copiosum neque hilum ab eo diversum, quo cetera Xenophontis opera ornata splendent; videbit vero etiam, eandem in materia diversitatem deprehendi, quae inest in forma. Ex hac qualicunque animadversione ut non sequatur, genuinam eam, cuius patrocinium suscepimus, scriptionem esse, concedatur tamen oportet, tanto magis apologiam ab eodem auctore, cui Memorabilia, Cyropaediam, alia attribuimus, conscribi potuisse, quanto longius ab istarum epistolarum ineptiis similibusque seriorum sophistarum commentis abhorreat. Praeterea quidquid de Socratis moribus, de Heliaeae iudicio, quod capitis Socratem damnaverat, deque illorum, quibus apologia peragitur, temporum historia et rationibus aliunde exploratum habemus, quam fieri potest accuratissime cum iis consentit,

quae in hoc libello continentur, neque quidquam a viris doctis adhuc prolatum est, in quo contra honestatis et iustitiae sensum, Socratis aeque et Xenophontis animis insitum vel potius innatum, contra consilium sibi propositum, et iudiciorum consuetudinem scriptor peccaverit, nihil quod, cum necessarium fuisset, exponere omiserit, nihil denique, quod Xenophontem non prodat opificem Rhetoris si foetus esset ex eorum fortasse numero, quos post mortem Socratis constat vel accusando eo vel defendendo gloriolam sectatos esse, quam diversam hodie apologia prae se ferret tam rerum quam verborum speciem, quam amplam Socratis causa rhetoribus palaestram aperuisset, in qua eloquentia eorum exsultare et exerceri potuisset, scilicet non minus a veritatis studio aliena, quam a nativo quodam venustatis et simplicitatis colore, omnibus Xenophontiis operibus non ante sed natura impresso! Quod si quid est, quod in hoc libello interpretibus fraudi fuerit, ut Xenophonteum esse negarent, eius rei causa non tam in huius scriptionis perversitate et inficetiis, quam in prolixa Platonicae apologiae copia splendidisque virtutibus quaerenda esse videtur, quae tantae sunt, ut haud sciam an cum Xenophontis brevitate non commode contendi possint, neque maiores tamen, quam utriusque philosophi vel tulit ingenium, vel diversum fuit consilium, quod eos ad scribendum impulit.

6) At Schneiderus in introductione: „*Equidem*, inquit, *in rem praesentem lectorem deducere et rerum sermonisque graeci argumentis Valckenarii iudicium confirmare conatus sum.*" atque ad §. 7. „*Abhinc auctorem Apologiae a Xenophonte diversum omni, qua potero, diligentia investigabo.*" Gravis sane et digna vox, cui plurimum debeatur ponderis; haud pauci enim sunt viri docti, quibus unus Schneiderus immensae doctrinae laude et praeclaris de Xenophonte meritis in omne aevum praestitit, sed ut in ceteris literarum generibus ita in arte critica nihil unquam veri inquisitioni et investigationi plus offecit, quam magnorum virorum auctoritas, ad quam vulgus hominum iudicia sua opinionesque de rebus etiam gravissimis componere et exigere solet. Ita saltem factum esse videtur, ut Schneideri auctoritate confisi tam multi in iisque celeberrimi viri debitam huic libello fidem derogarent. *)

*) Honoris causa nomino *Wyttenbach.* in Juliani Constant. laud. p. 153. ed. Schaef. et ad Phaedon. Plat. p. 330. *Boeckh.* de simultat. p. 7 sq. *Thiersch.* in Ephem. liter. Vienn. 1818. T. III. Jul. etc. p. 91. et virum doct. in Crit. Bibl. T. III. f. 9.

Nam quamquam non diffiteor, innumeris locis Schneiderum eruisse, quod tum in verbis tum in rebus reprehendendum ipsi videretur, neque mihi ubique contigisse, ut quas de singulis moverat loquendi formulis et vocibus difficultates, expeditas omnes dispellerem, hoc tamen, nisi fallor, mihi consecutus esse videor, ut ex quadraginta amplius locis, in quibus adversarius haeserat, vix tres vel quatuor adhuc supersint, in quibus vel explicandis vel vindicandis, parum mihi ipsi, nedum aliis satisfecerim. Reliqui enim loci, quos in controversiam vocavit Schneiderus, ad unum omnes quum partim Xenophontis, Platonis aliorumque bonorum scriptorum auctoritate et usu confirmentur, partim graecae linguae legibus et analogiae apprime congruant, partim vero etiam re ipsa comprobentur, dubitari vix poterit, quin nihil Schneiderus in medium protulerit, quo audacissimum Valckenarii iudicium ullo pacto fulciatur. Neque enim is sum, qui cuius loci rationem ipse haud penitus perspexerim, eum non complures confidam statim cognitum approbaturos esse: *in ista quidem locutione*, inquientes, *nihil inest, quod iure quemquam offendat, quippe quum me hoc illove loco legere meminerim.*" Sin minus, paucissima illa, quorum interpretatio a me ambigua relicta est, eam habent faciem, ut nullus unquam scriptor ex tanta vetustate ad nostra usque tempora servatus mihi innotuerit, quin vel totidem vel plures etiam difficultates cruncesque interpretum offerat posteritati, imo nemini fortasse enucleandas. Non magis crebro in librum antiquum quamvis minutissimum incides, qui vocabulis, quae vocant, ἅπαξ λεγομένοις et iis dicendi formulis careat, quas similium nube exemplorum adstruere frustra labores. Quae cum ita sint, nisi omnia opera omnesque operum particulae, ubicunque nonnihil molestiae haudquaquam unicuique tollendum legentibus obiicitur, suppositicia habebuntur, apologiam nostram eodem iure genuinam putabimus, quo reliqua scripta, quae temporum iniurias evicerunt omnis generis illa obscuritatibus et maculis obducta pariter et inquinata.

§. 7. Praeterea dicat fortasse aliquis, quod Astius Platoni dedit vitio, „quum alias ubique in dialogo Socratis oratio

p. 829. etc. Contra spem meam plane fefellit liber vernacule scriptus, cuius titulus est: *Socrates, Betrachtungen und Untersuchungen* von *Ferd. Delbrück.* Kölln, 1819. Hactenus tamen nonnihil gaudebam, quod auctorem in eo potissimum occupatum videbam, ut Platonis et Xenophontis apologiam inter se compararet, atque posterior quin genuina esset, sibi non dubium esse fateretur p. 81.

versetur, consentaneum esse, in causa quoque agenda Socratem illo dicendi genere usum fuisse, Xenophontis vero apologiam, tantum abesse, ut disputationis speciem prae se ferat, ut continuato nec ulla vel quaestione vel responsione interrupto sermonis tenore procedat, a quo Socrates, si quis alius, nunquam non abstinuerit." Sed etiamsi illo tempore Graecos dialogorum nimium fortasse in modum studiosos fuisse novimus, magnopere tamen veremur, ne praeter philosophos, quorum in numero sophistae quoque habebantur, incommoda hac loquendi forma nemo usus sit, nedum reus coram iudicibus. Quod si nihilominus facere voluisset Socrates, num obsecro sperare potuisset, fore, ut hac ratione iudicibus et auditoribus de vitae suae incolumitate innocentiaque melius persuaderet, utque dilucidius ita adversariorum calumnias exponeret, retunderet, irrideret? Anne dictionis genus cogitari potest, quod, cum permultis ambagibus circumscriptum sit, maiorem obscuritatem habeat, longius a loco et tempore, quo verba reus fecit, abhorreat, adeoque magis noceat loquentis fidei? Nonne dialogis quoque Xenophon, praesertim ubi praecipientem docentemque introduxit Socratem, aeque copiosas, ne dicam copiosiores orationes inseruit, perpetuo illas sermone decurrentes? Cf. Sympos. cap. VIII. Oecon. capp. V. et XX. Memor. II, 1. Nam quod his in locis factum est, ut rara interrogatione continuum sermonem Socrates interpellaverit, idem in apologiae quoque sect. 19 sq. et quidem ita videmus fieri, ut et Socratis ingenium ad sermones conserendos pronissimum non possis non agnoscere, et Meliti responsio accusatoris personam quam maxime deceat.

§. 8. Quemadmodum neque in Platonis neque in Xenophontis apologia quidquam continetur, quo quis ad demonstrandum abutatur, alterutram scriptionem adulterinam esse, ita nec tanta argumenti dictionisque in utraque comparet similitudo, ut alterutram ad alterius exemplum confectam esse probabili ratione coniicias *). Hic mihi tamen obiicies, iam dudum demonstrasse Astium in libro: *Platons Leben und Schriften* p. 484, apud Platonem a *daemonio* nihil nisi impediri Socratem, quo minus, quidquid huic numini improbetur, peragat, contra in Xenophontea apologia non modo eadem vis, quam apud Platonem animadvertimus, daemonio adscribitur §. 4. **καὶ δὶς ἤδη ἐπιχειρήσαντός μου σκοπεῖν περὶ τῆς ἀπολογίας, ἐναντιοῦταί μοι τὸ δαιμόνιον**, sed So-

*) Vid. Socher. Ueber Platons Schriften. p. 67 sq.

crates affirmat etiam §. 12. esse *θεοῦ φωνὴν σημαίνουσαν, ὅτι χρὴ ποιεῖν*, §. 13. pergens *Ἀλλὰ μέντοι καὶ τὸ προειδέναι γε τὸν θεὸν τὸ μέλλον, καὶ τὸ προσημαίνειν ᾧ βούλεται, καὶ τοῦτο, ὥσπερ ἐγώ φημι, οὕτω πάντες καὶ λέγουσι καί νομίζουσιν· ἀλλ᾽ οἱ μὲν οἰωνούς τε καὶ φήμας καὶ συμβόλους τε καὶ μάντεις ὀνομάζουσι τοὺς προσημαίνοντας. εἶναι· ἐγὼ δὲ τοῦτο δαιμόνιον καλῶ.* Non attinet nunc uberius investigare, utrum Socratico daemonio constanter et unice illam prohibendi facultatem Plato attribuerit, nec ne, si quidem luce clarius apparet, ab ea notione, qua Socratis propugnator vocabulum accipit, ne transversum quidem unguem Xenophontia scripta deflectere, vid. Schneider. ad Memor. I, 1, 4 et IV, 8, 1.

Alius locus qui cum Platonica apologia pugnare videtur, sectione 23. continetur, in qua litem suam nec ipse aestimare vult Socrates, nec sinit aestimare discipulos; contra in Plat. apologia p. 38. non solum ipse mina sese aestimat, sed discipuli adeo triginta se minas pro eo soluturos esse spondent. Verum ne haec quidem discrepantia quantumvis memorabilis eam vim habet, ut de Xenophontis fide aliquantum ambigam. Apud Platonem enim haec *καὶ ἐγὼ ἅμ᾽ οὐκ εἴθισμαι ἐμαυτὸν ἀξιοῦν κακοῦ οὐδενός· εἰ μὲν γὰρ ἦν μοι χρήματα, ἐτιμησάμην ἂν χρημάτων ὅσα ἔμελλον ἐκτίσειν — οὐδὲν γὰρ ἂν ἐβλάβην — νῦν δὲ οὐ γὰρ ἔστιν· — ἀξιόχρεῳ*, illudendis et irridendis iudicibus inservire, si non totius nexus ratio clamaret, ubi dicit: *si divitias haberem, aestimassem litem, quod si me tamen vultis aestimare, fortasse possem minam solvere* etc. at vilissima pecuniae summa, qua numerata tum ipse se tum amici eum morte liberare volunt, cui septuaginta minimum minae addendae fuissent. (vid. *Boeckh. Staatshaushaltung*. Vol. I. p. 411.) omnem dubitationem eximeret, comparatis praesertim, quae paullo ante p. 37. B. sq. Socrates libere professus erat: *πεπεισμένος δ᾽ ἐγὼ μηδένα ἀδικεῖν, πολλοῦ δέω ἐμαυτόν γε ἀδικήσειν, καὶ κατ᾽ ἐμαυτοῦ ἐρεῖν αὐτὸς ὡς ἄξιός εἰμι του κακοῦ καὶ τιμήσεσθαι τοιούτου τινὸς ἐμαυτῷ*, et p. 36. E *εἰ οὖν δεῖ με κατὰ τὸ δίκαιον τῆς ἀξίας τιμᾶσθαι τούτου τιμῶμαι, τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως.* Adde, quod Ciceronem Orat. I, 54. aut a Xenophontis parte stare, aut Platonis locum non secus atque dixi accepisse, manifestum est. Idem valet de Max. Tyr. Diss. IX, 2. p. 153. *ἐλέγχει δὲ τοῦ μὲν τὸ ἑκούσιον, ὅτι ἐξὸν αὐτῷ καὶ χρημάτων τιμήσασθαι καὶ φεύγειν ἐκκλαπέντι προείλετο ἀποθανεῖν.* Ac si fides habenda est Diog. Laert. II, 41, Socratis mentem probe

perspexerunt iudices; etenim τιμωμένων τῶν δικαστῶν, τί χρὴ παθεῖν αὐτὸν ἢ ἀποτῖσαι; πέντε καὶ εἴκοσιν ἔφη δραχμὰς ἀποτίσειν. Εὐβουλίδης μὲν γάρ φησιν ἑκατὸν ὁμολογῆσαι· θορυβησάντων δὲ τῶν δικαστῶν, Ἕνεκα μὲν, εἶπε, τῶν ἐμοὶ διαπεπραγμένων τιμῶμαι τὴν δίκην τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως· καὶ οἱ θάνατον αὐτοῦ κατέγνωσαν προσθέντες ἄλλας ψήφους ὀγδοήκοντα. Nisi acerbos Socratis aculeos percepissent, cur tumultuati essent iudices? Et si vitam servare quovis modo in animo fuissat Socrati, cur non ad lamenta potius precesque supplices, quam ad multam, cui sufferendae impar erat, confugisset? Imo probabile est, Socratem poenam suam aut non aestimasse, uti testatur Xenophon, aut si fecit, eum in modum aestimasse, ut imperitos indices amicorum et intelligentiorum hominum risui exponeret. Quare hoc argumento antequam ad fidem huius apologiae labefactandam aliquis abutatur, videat ne Platonis magis quam Xenophontis auctoritati noceat.

9) Leve esset, si quis e verbis §phi 3. οὐδὲν ἄδικον διαγεγένημαι ποιῶν, ἥνπερ νομίζω μελέτην εἶναι καλλίστην ἀπολογίας, §. 4. καὶ δὶς ἤδη ἐπιχειρήσαντός μου σκοπῶν περὶ τῆς ἀπολογίας ἐναντιοῦταί μοι τὸ δαιμόνιον, et §. 8. ὀρθῶς δὲ οἱ θεοὶ τότε μου ἠναντιοῦντο — τῇ τοῦ λόγου ἐπισκέψει, ὅτε ἐδόκει ἡμῖν ζητητέον εἶναι ἐκ παντὸς τρόπου τὰ ἀποφευκτικά; suspicari vellet, ab inepto homine hanc scriptionem concinnatam esse, ita fere argumentatus: „quicunque vel probitate sua optimam defensionem contineri existimat, vel a daemonio, quo minus inimicorum criminationes diluat, impediri se ipse fatetur, et tamen non veretur multis verbis §§. 11 — 22. quibus alia plura adiecta fuisse §. 22. perhibentur, causam dicere, is aut mutaverit consilium certum antea, aut sibi ipse contradicat necesse est. Sive igitur Socratis verba sive Xenophontis sive alius cuiuspiam hominis libellum manibus tenemus, incusandus est Socrates, quod aliter atque senserat, in ius vocatus locutus est, incusandus vero etiam magis is, qui tam inconstantem Socratem esse voluit, ut honorifica sapientis appellatione, si quis alius, indignus iudicandus sit." — Leve dixi hoc argumentum, quoniam locis illis vel obiter inspectis neminem latere potest, non hoc sibi velle Socratem, et ullum se verbum in sui defensionem coram iudicibus prolaturum esse neget, sed ut ab iusta oratione ad exprandos et titillandos iudicum sensus accommodata, qualem inter alios Lysias ipsi obtulisse commemoratur, omnibus sine dubio eloquentiae illam lenociniis exornatam, animum suum alienissimum esse significet. Hanc

enim non aliam fuisse mentem Socratis, cum orationis a Xenoph. traditae testatur natura, qua haud scio an nihil simplicius, magisque ex Socratis persona mori volentis dictum reperias, tum dubitare non sinunt, quae ipse dixit Socrates §. 9. ὅσων νομίζω τετυχηκέναι καλῶν καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρ᾽ ἀνθρώπων, [vid. inprimis §§. 13, 14, 17.] καὶ ἣν ἐγὼ δόξαν ἔχω περὶ ἐμαυτοῦ, [§§. 15, 16, 18 sqq.] ταύτην ἀναφαίνων εἰ βαρύνω τοὺς δικαστάς, αἱρήσομαι τελευτᾶν μᾶλλον, ἢ ἀνελευθέρως τὸ ζῆν ἔτι προςαιτῶν κερδᾶναι τὸν πολὺ χείρω βίον ἀντὶ θανάτου. Mirantes autem, quod tam brevem libellum Xenophon scripserit, in memoriam velim revocent, multo in Memorabilibus uberius et explicatius Xenophontem de universa Socratis vita disputasse, eamque ab omni vitiositatis macula calumniaeque culpa vindicasse, ut per totum illum librum non videatur nisi ipsius Socratis vicem persecutus esse ex Apologia depromtam §. 3. ὅτι οὐδὲν ἄδικον διαγεγένημαι ποιῶν· ἥνπερ νομίζω μελέτην εἶναι καλλίστην ἀπολογίας. Ad hoc ex initio apologiae colligi licet, forensis defensionis bene multa exemplaria, in quibus eminuerit Platonica, ab Socratis amicis statim post eius mortem in lucem emissa fuisse, ut Xenophon ex Asia reversus nihil magnopere haberet, quod in iis vituperaret, praeterquam quod magniloquentiae Socratis non satis gravem idoneamque alii causam adiecissent.

10) Quicunque ultimum Memorab. caput cum Apologia aliquanto accuratius, quam ab editoribus factum est, inspexerit, non pauca, opinor, vestigia inveniet, unde apologiam uti priorem extrema Memor. parte, maxime inde a sectione tertia exstitisse, ita etiam multis modis rerum verborumque respectu habito hanc illam praestare, sole clarius apparent. Ipsam statim sectionem tertiam Mem. Xenophonti auctori tribuendam esse, quippe sophisticis declamationibus et subtilitatibus refertam, negavit etiam Schneiderus. Nempe eidem interpolatori debetur, cui §. 4. pro simplicissimis et brevissimis verbis ὅτι οὐδὲν ἄδικον διαγεγένημαι ποιῶν, quibus nihil non comprehenditur, quod ad confutandum Hermogenem quis requirat, languidior illa reponere placuit: ὅτι οὐδὲν ἄλλο ποιῶν διαγεγένηται, ἢ διασκοπῶν μὲν τά τε δίκαια καὶ τὰ ἄδικα, πράττων δὲ τὰ δίκαια καὶ τῶν αὐτῶν ἀπεχόμενος, quique directam insuper apologiae orationem in obliquam corrumpere et protasin §. 5. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν πάλιν λέγειν φάναι αὐτὸν cum apodosi in singulas dissecare partes ausus est. Quid? quod ne tritissimorum quidem Graecae linguae idiomatum gnarum fuisse oportet, qui haec apologiae οὐχ

ὁρᾷς τὰ Ἀθηναίων δικαστήρια ὡς πολλάκις παραχθέντες ἀπέκτειναν tam parum potuit concoquere, ut scholiastarum instar tralatitiam dicendi formulam merumque interpretamentum οὐχ' ὁρᾷς, — ὅτι οἱ Ἀθήνησι δικασταὶ πολλοὺς μὲν ἤδη μηδὲν ἀδικοῦντας λόγῳ ἀχθεσθέντες ἀπέκτειναν, πολλοὺς δὲ ἀδικοῦντας ἀπέλυσαν in textu Memorab. collocaret; contra quas concinnitatis leges Schneidero Reiskioque probatae postulare viderentur, credo, quod reliquis paullo impeditiora captum hominis superarent, perpetuo silentio obtegeret. In sequentibus Ἀλλὰ νὴ τὸν Δία, — ἤδη μου ἐπιχειροῦντος φροντίσαι τῆς πρὸς τοὺς δικαστὰς ἀπολογίας, ἠναντιώθη τὸ δαιμόνιον si qui Schneidero fidem habeant affirmanti, breviora et concinniora verba Apologiae esse, nec καὶ δὶς ab aliquo interprete interseri potuisse, peius autem ibi legi ἐναντιοῦται, iidem, opinor, non minus facile perspicient, et πρὸς τοὺς δικαστὰς supervacuum, ne vocabulo utar, quo cum maxime Schneiderus delectatur, *ineptum* additamentum esse, et ἠναντιώθη ad ἐπιχειροῦντος non melius quadrare, quam ad ἐπιχειρήσαντος praesens tempus ἐναντιοῦται. Neque vero magis laudanda sunt, quae ibidem paullo post disputantur, Schneidero quoque non uno nomine suspecta, quem vide ad §. 6. τοὺς ἄριστα §. 7. ᾐσθανόμην, §. 9. §. 11. et in ed. prim. Mem. post praefat., utpote modo in ieiunam et obscuram contracta brevitatem, modo non secus dilatata, ac si Socrates coram iudicibus, non cum Hermogene discipulo, Socraticarum doctrinarum peritissimo, verba fecisset: est etiam, ubi non nisi quae ab initio capitis aut aliis Memorab. locis legeramus, temere repetuntur. Sed totam hanc quaestionem, ut a primario consilio nostro alienam, aliis penitius examinandam et persequendam relinquimus, satis habentes, nonnulla eius coniecturae, qua nihil mihi certius esse videtur, iudicia passim in adnotationibus ad Apologiam cum VV. DD. communicasse. Fac enim, ut, quod credat Iudaeus Apella, istas omnes depravationes Memorabilibus ipse Xenophon nescio qua causa ductus intulerit, fac ut integram apologiae particulam sine ulla mutatione operi illi inseruerit, neutiquam tamen inde argumentum licebit repeti, quo apologiae auctoritas quidquam labefactetur et concutiatur. „Cur enim, inquit Heinsius, tam mirabile videatur, quod Xenophon Socratem suum bis diverso tempore et in causa diversa, defenderit? Prior enim defensio tota occupatur in una reprehensione imprudentiae et imperitiae in dicendo amolienda, qua *Socrates mortuus* insimulabatur, et scripta videtur paullo post reditum Xenophontis ex Asia; altera latius patet, et

diluit crimina, quae eidem *viventi* obiecta fuerant. In superiori illa Xenophon fere refert ab Hermogene et aliis quibusdam audita, in altera exponit, quae ipse meminerat, praeclare et sapienter dicta et facta praeceptoris, atque haec quidem duplici consilio, ut et criminationes accusatorum eius refellat, et universam sapientiam viri, ac divina pietatis omnisque virtutis praecepta ad posteros prodat: quod posterius consilium suum ipse, ni fallor, indicat verbis a *Valckenario* laudatis: [Epp. Socratt. Orell. p. 23.] δοκεῖ χρῆναι ἡμᾶς συγγράφειν, ἅ ποτε εἶπεν ἀνὴρ [ὁ ἀνὴρ cum Bremio scribatur, nihil opus] καὶ ἔπραξεν· καὶ αὕτη ἀπολογία γένοιτ' ἂν αὐτοῦ βελτίστη εἴς τὸ νῦν τε καὶ εἰς τὸ ἔπειτα." Alios praeterea scriptores, in iisque praestantissimos Isocratem, Ciceronem, Virgilium, Aelianum idem fecisse constat, idque, quod norim, sine ulla antiquiorum et recentiorum temporum offensione. Cf. quae hanc in rem notavi ad Epilog. Cyrop. p. 24 sq. et Weiske Xen. Opp. T. IV. p. 410 sqq.

„At haud paucis tamen locis, dicet fortasse aliquis, Xenophontis Memorabilia et Platonis apologiam ob oculos habuit, quisquis ille fuit, qui hanc defensionem conflaverit." Audio, sed ea tamen observatio ut vera sit, tantum, mihi crede, abest, ut huius scriptionis fidem dubiam reddat, ut quam maxime corroboret. Nam si causam a Socrate dictam apologia nobis servavit, vereor ne inversa illa dubitatione iure nobis contendere videamur, Memorabilia et Apologiam scribentibus Xenophonti et Platoni ob oculos magistri sapientissimi imaginem ac praecepta versata, atque inde factum fuisse, ut non solum Xenophontis Platonisque scriptis divinam horum virorum mentem ubique impressam agnoscas, sed ut ambo etiam scriptores si non insignem, at aliquam certe inter se similitudinem repraesentent, quandoquidem Socratica se disciplina usum imbutumque esse neuter negaverit. Quanto magis mirum esset, si hic libellus ab reliquis operibus a Xenophonte compositis tam longe discreparet, ut ne Xenophontis quidem, nedum Socratis ingenium prae se ferret!

11) Ab initio fatetur Xenophon, operae pretium sibi videri μεμνῆσθαι καὶ ὡς ἐπειδὴ ἐκλήθη εἰς τὴν δίκην, ἐβουλεύσατο περί τε τῆς ἀπολογίας καὶ τῆς τελευτῆς τοῦ βίου, fuisse quidem alios, qui hac de re ante se perscripsissent, eamque, quam in causa dicenda ostendisset Socrates, magniloquentiam expressisse, verum in eo tamen illos peccasse, quod mori eo tempore Socratem, quam vivere, maluisse, non clare satis et distincte exposuissent, ὥστε, inquit, ἀφρονεστέρα αὐτοῦ φαίνεται εἶναι ἡ μεγαληγορία. Quam vere

haec disputentur, ex una Platonis apologia diiudicari licet, qui istam Socraticae contumaciae causam omnium celerrime perstrinxit teste adeo Ast. in *Platons Leben* p. 487 sq. Quanquam idcirco nolim contendere, nullam praeter Platonis orationem a Xenophonte potuisse respici. Vid. Menag. ad Diog. Laert. II, 38. p. 91. et p. 93 sq. et Ast. in *Platons Leben und Schriften*. p. 491 sq. Sed ipsum illud scribendi consilium num forte habet, quod Xenophonte indignum sit? At quem prudentissimum et optimum cognoverat hominem, qui adeo ab oraculo declaratus erat sapientissimus, eum ab singularis imprudentiae nota liberare velle; bono discipulo non potuit non maximo esse decori. An in ipsa fortassis expositione a consilio suo aberravit scriptor, de alia potius quavis re disserendo, quam de qua dicturum se promisserat? Imo si aliis in libris locisque dicendi fervore se aliorsum abripi passus est, in apologia concinnanda quo angustiores sibi terminos scripserat; eo severiores leges secutus esse deprehenditur, adeo ut rem propositam nusquam non diligentissime persequeretur. Primum enim ex §§. 2 — 10. perspicimus, Socratem de defensione sua meditari voluisse, partim quod persuasum haberet, aptissimam apologiam vitae suae honestatem esse, partim quod defensionem paranti adversatus esset Deus, ut quem non latuerit, melius secum actum iri, si vitam opportuno aetatis tempore, mortisque genere facillimo finiret, quam si senectutis et morborum incommodia vexatus miseram vitam traheret diutius. His parens rationibus Socrates fieri non potuit, quin quidquid ad irritandos exacerbandosque accusatores faceret, in medium proferret, ac iudices imperitos dicteriis quam acerrimis sauciaret. Quod idem confirmatur testimonio Ciceronis de Orat. I, 54. et Tusculan. I, 29. vid. ad §. 1. not. Sub finem §. 9. quae dixerat Socrates ὅσων νομίζω τετυχηκέναι καλῶν — ἀντὶ θανάτου, iis simul viam sibi parat Xenophon ea percurrendi, quae accusationi Socrates opposuerat. Enimvero insimulaverant eum: *quod eos deos, quos civitas pro diis haberet, ipse non putaret deos, sed novos introduceret, et quod iuventutem corrumperet.*" Utramque deinceps criminationem paucis quidem, at tam luculentis evidentibusque refellit argumentis, ut quod additum, quod demtum velis, nihil facile eruas, cum priorem criminis partem sectionibus 11 — 15. et posteriorem §§. 16 — 22. coargunt, tametsi, quae §§. 14 — 19. de Delphici Apollinis oraculo interseruit, ambigi potest, ad utram criminationem trahi maluerit. Nam quicunque effato Apollinis, quem non minore veneratione Athenienses

quam reliqui Graeci prosecuti sunt, tantam quantam Socrates auctoritatem concessit, cum Atticae quoque civitatis deum coluisse, sponte intelligitur, et quem Apollo omnium aequalium sapientissimum iudicaverat, is si iuvenes corrumpit, pro sapiente insipiens sit necesse est, aut deus ipse stultissimus, quod hominem sapientia ad iuventutis perniciem abutentem honorificentissima appellatione ornare non dubitavit. Porro quisquis virtutem amat, non magis deos oderit, quam qui esse deos credit, neque tamen honeste et probe agit. Per inductionem igitur postquam utrumque crimen diluerat, sigillatim ad alterum §. 19. accedens Melitum in tantas angustias compellit, ut nec quod respondeat bonae frugis reperiat, et falsam accusationem esse aequissimi quique lectores intelligant. Itaque §. 22. Xenophon non iniuria se demonstrasse ait, ὅτι Σωκράτης τὸ μὲν μήτε περὶ θεοὺς ἀσεβῆσαι μήτε περὶ ἀνθρώπους ἄδικος φανῆναι περὶ παντὸς ἐποιεῖτο. Quoniam vero illud potissimum pertractare voluit, ut mori Socratem, quam vivere maluisse doceret, non satis habens narrare §. 23. quo pacto poenae aestimationem damnatus detrectaverit, et, quamvis potuisset, effugere supplicium noluerit, introducit etiam magistrum iudicibus comprobantem, beatiorem se quam iniustos iudices moriturum esse, §§. 24 — 27. Dehinc quae §. 27. et 28. subsequuntur, a primario illo fine, quem inde a principio scriptor persecutus erat, ne tantillum quidem recedere, quis erit unquam, quin dubitet? Idem ut cadit in §. 33. ita et tempori et loco egregie accommodatum esse additamentum de *Anyto* §. 29 sqq., qui cum suum ipse filium perversa disciplina perdidisset, tamen ausus erat Socratem accusare, ac si hic adolescentes corrumperet, vix potest obscurum esse eis, qui perpetuam Socratis consuetudinem, utiliter praecepta insigni aliquo exemplo illustrandi, ex Xenophontis operibus cognitam habent. Atqui Anyti exemplo quid poterat gravius et efficacius esse ad demonstrandum hominis felicitatem non in divitiis et honoribus sed sola in virtute et sapientia positam esse? Illis enim omnibus quamvis abundaret Anytus, tamen nec in vita felix erat, quippe οὐδὲν σύμφορον καὶ καλὸν εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαπεπραγμένος §. 29. nec post mortem bonam de se famam reliquit §. 31. E contrario Socrates boni sibi conscius tum in vita, quam integerrimam transegerat, tum in mortis periculo, quam tantum non expetiverat, ac post mortem beatus praedicandus erat, nempe ab omnibus non discipulis solum, sed hominibus celebratus summis laudibus. Non aliud quid, dum haec narraret, spectasse Xenophontem apparet ex

orationis indole §. 31: *Αὐτὸς μὲν δὴ διὰ τὴν τοῦ υἱοῦ πονηρὰν παιδείαν καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ ἀγνωμοσύνην, ἔτι καὶ τετελευτηκὼς τυγχάνει κακοδοξίας. Σωκράτης δὲ — δοκεῖ θεοφιλοῦς μοίρας τετυχηκέναι· τοῦ μὲν γὰρ βίου τὸ χαλεπώτατον ἀπέλιπε, τῶν δὲ θανάτων τοῦ ῥᾴστου ἔτυχεν.* Sed controversum hoc episodium quatenus locum suum obtineat, cum aliis multis rationibus potest argui, tum in adnotationibus abunde, ut opinor, a me demonstratum est. Denique extremam sectionem si quis est, qui non ferendam putet, ex omni antiquitate velim mihi virum nominet, quem Socrate vel sapientiorem vel beatiorem iudicet. Ut paucis dicam, tam bene in apologia omnia cohaerent, tamque dilucide sunt exposita, ut inde potius argumentum quis derivare posset, cuius ope a scito aliquo rhetore confectam esse evincat, si modo usquam captiosae et subtilis orationis vestigia hic conspicua essent, neque aequabili animi constantia et tenore, quo tenderet, auctorem decurrere videremus. Idem quum Memorab. IV, 8, 1. scribit: *ἀντὶ δὲ τούτου τῆς ψυχῆς τὴν ῥώμην ἐπιδειξάμενος εὔκλειαν προςεκτήσατο, τήν τε δίκην πάντων ἀνθρώπων ἀληθέστατα καὶ ἐλευθεριώτατα καὶ δικαιότατα εἰπών, καὶ τὴν κατάγνωσιν τοῦ θανάτου πρᾳότατα καὶ ἀνδρωδέστατα ἐνεγκών,* egregie ipse huius apologiae faciem adumbrasse videtur. Adeo ad verbum omnia, quae illic laudavit, in hanc defensionem cadunt, adeo nihil quidquam simulati infucative, nihil quod vel liberali homine vel iustissimo indignum sit, scriptum in hac apologia deprehenditur!

Risum certe mihi movit Schneideri adnotatio: „Quodsi esset Apologia vera, qualis illa Platonica, hoc est oratio Socratis nomine ad iudices dicta, haberemus causam probabilem cur Xenophon idem argumentum alio modo retractaverit, scilicet ut *μεγαληγορίαν* Socratis planam lectoribus et manifestam redderet.“ Etenim *μεγαληγορίαν* istam quia alii iam planam fecerant et manifestam, Xenophon nec voluit nec potuit idem argumentum retractare.

Quibus ita expositis si ea omnia adiicias, quae singulis locis a Schneidero impugnatis subscribere et opponere necesse habui, facere non possum, quin totum hunc libellum ab alio nullo quam a Xenophonte conscriptum esse statuam *),

*) Quo tempore is apologiam concinnaverit, eius rei locupletissimum testem habemus Xenophontem ipsum §. 31. nimirum post Anyti necem, i. e. brevi post mortem Socratis et Xenoph. reditum ex Asia, qui incidit in Olymp. 95, 1 et 2.

donec viri docti contrarium me paullo gravioribus, quam a Schneidero, Valckenario aliis prolata sunt, argumentis docuerunt. Interim nihil, opinor, obstabit, quo minus probabiliorem Weiskii coniecturam existimem, quam ut maximam partem e Tom. V. p. 203 sq. huc apponam, multa me admonent. „Videtur mihi Xenophon, inquit Weiskius, paullo post reditum ex Asia magnorum virorum [num praeter Agesilaum alius etiam viri laudes concelebravit Xenophon?] et hominum bene de se meritorum laudes brevibus libellis conscribere coepisse; in his et Socratis, hoc initio facto: *Σωκράτους δὲ καὶ ἄξιον*, vel potius *καὶ Σωκράτους δὲ ἄξιον*, [at longe hoc aliud denotat, quam quod Xenophonti collocare placuit,] ita ut superioribus quibusdam scriptis in unum corpus coniungeretur [vid. potius init. Sympos. et Oeconom.] Sed cum alii similibus libris ad Socratem defendendum scriptis maiores plausus ferrent, (quo in numero Plato potest haberi): alium librum apologeticum componere coepit, *'Απομνημονεύματα*, quibus nihil facile gravius ad defendendum et laudandum Socratem in lucem proferri poterat. Favent huic coniecturae verba ipsius Xenophontis in epistola 15. earum, quae Leo Allatius, ut Socratis et Socraticorum epistolas edidit. *Δοκεῖ μέντοι*, inquit, *χρῆναι ἡμᾶς — ἔπειτα, οὐκ ἐν δικαστηρίῳ ἀγωνιζομένων ἡμῶν, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν βίον* (i. e. omnibus hominibus) *παρατιθέντων τὴν ἀρετὴν τἀνδρός.* [Vid. supra ad argument. 10.)] Non pro certo sumo, eam esse genuinam, sicut facere videtur Valckenarius ad Mem. I, 1, 1. sed hypothesin aliquam proferenti licet tale quid in subsidium vocare, quod lector si minus firmum reperit, certe non sine voluptate cognoscit. Sed reliqua, quae non repugnant, expromam. Cum auctor in *'Απομνημονεύμασι* venisset ad extremum locum, apologiam suam vocavit in subsidium, et ex ea istuc transtulit magnam partem, sicut ex Agesilao in Historiam Graecam." Ultima haec non improbo, modo, quae Weiskius in Xenophontem auctorem transtulit, ne dubites *διασκευάστῃ* cuidam et seriorum temporum critico limam Memorabilibus adhibenti adscribere; qua de re nescio an frustra disceptetur post ea, quae ad 10.) adnotavi.

Vid. Diod. Sic. XIV. 37. ibique Wesseling. Schneid. Praef. Hellen. Xen. p. XIX. ed. 2. et Krüger. Quaest. critt. de Xenophontis vita p. 23.

ADNOTATIONES.

§. 1.

Ξενοφῶντος) Aretinus: *Xenophontis Apologia pro Socrate.* Omisso libri auctore edd. Brylingerianae Castalionis Halensis cum Ms. Vatican. specim. apud Gail. T. VII. P. II. N. 11. Ἀπολογία Σωκράτους πρὸς τοὺς δικαστάς. Xenophontis nomen non deest in titulo editionis principis, quam curavit Reuchlinus MDXX. neque in edd. Stephani 1. 2. et Leonclavii 1. 2. 3. ubi inscriptum est Ξενοφῶντος Σωκράτους Ἀπολογία πρὸς τοὺς δικαστάς. Postrema haec πρὸς τ. δ. ab inepto libelli scriptore ex Memor. IV, 8, 5. τῆς πρὸς τοὺς δικαστὰς ἀπολογίας huc translata putat Schneiderus: „illic ob praecedentia supplementum hoc necessarium fuisse, hic eo nos facilius carere posse, quod nonnisi per dimidiam fere libelli partem, nempe §. 10. usque ad §. 22. §. 24 — §. 27, ad iudices orationem dirigat Socrates." Nihil talibus effici, non potest obscurum esse eis, quos, tituli librorum unde plerumque originem traxerint, non fugiat. Pertinet huc observatio Stephani in Prolegom. ad Xenoph. Opp. „Sed nec ἀπολογίαν Σωκράτους πρὸς τοὺς δικαστὰς aliter quisquam nuncupare quam ἀπολογίαν queat; verum tantum abest, ut veteres adiungant illa verba πρὸς τοὺς δικαστάς, ut saepenumero atque adeo ut plurimum genitivum quoque Σωκράτους omittant." Quodsi verba πρὸς τοὺς δικαστὰς a Xenophontis manu profecta sunt, commodam excusationem ab eius consuetudine habebunt, quam tetigi in Epilog. Cyrop. p. 6. — ἐπειδὴ ἐκλήθη εἰς τὴν δίκην.) Negavit Schneiderus Atticum scriptorem dixisse καλεῖσθαι εἰς δίκην pro *accusari criminis* [imo *in ius vocari*], et tamen ipse exemplis allatis locutionis integritatem abunde defendit, quibus adde Huschk. in Wolfii Anal. crit. I. p. 178 sq. Thurot ad h. l. et nostra ad Symp. V, 2. De Weiskii sententia a Dorvillio ad Charit.

p. 478. inductus est Schneiderus, ut causam solum dici καλεῖσθαι vel εἰςάγεσθαι iudicaret. Pollux VIII, 46. τὴν κλῆσιν εἰς δίκην appellat προβολήν, iniuria tamen, docente Schoemanno de Comitiis Atheniens. p. 228. — ἐβουλεύσατο περί τε τῆς ἀπολογίας) Schneider. „Atqui Xenophonteus Socrates, inquit, in Memorab. eo loco, quem auctor Apologiae ineptus mutuatus est [IV, 8, 5.]: ἤδη μου ἐπιχειροῦντος φροντίσαι τῆς πρὸς τοὺς δικαστὰς ἀπολογίας, ἠναντιώθη τὸ δαιμόνιον et Xenophon auctore Hermogene narrat sect. 4. Socratem accusatum de rebus aliis potius quam de causa sua loqui solitum." Nihil in his me repugnantiae videre fateor; Xenophontis enim sunt illa Σωκράτους δὲ ἄξιόν μοι δοκεῖ εἶναι μεμνῆσθαι καὶ ὡς — ἐβουλεύσατο περί τε τῆς ἀπ., Socratis contra ex Memor. et Apol. §. 4. repetita verba. Quodsi dignum ille memoratu esse arbitratus, quale Socrates consilium de defensione sua ceperit, in enarratione ipsa refert, Socratis animum ab consilio se defendendi prorsus alienum fuisse, quippe a daemonio, quo minus id faceret, prohibitum, tantum, opinor, abest, ut sibi ipse contradicat, ut verba ὁρῶν αὐτὸν περὶ πάντων μᾶλλον διαλεγόμενον ἢ περὶ τῆς δίκης §. 2. et Memor. §. 4. sententiam ab initio apologiae propositam quam maxime illustrent. Nimirum statuit Socrates, daemonio admonitus, nullam apologiam componere. Non meliora sunt, quae vir eruditissimus ad statim seqq. καὶ τῆς τελευτῆς τοῦ βίου commentatus est: „Quid de fine vitae suae cogitare et meditari voluit auctor Socratem? qui ad mortem semper erat praeparatus, nec meditatione precibusve monachorum instar in mortis articulo opus habebat." Quid? num pecorum instar mori Socratem Schneiderus maluit? Num monachi tantum de morte sua meditati sunt? Platonis et Ciceronis scripta, quae de fine vitae agunt, a monachis confecta esse, quis hominibus sana mente praeditis persuadeat? Anne si ad moriendum praeparatus fuit Socrates, hoc ipsum, quod commemoraretur, indignum erat? Unde quaeso nisi ex hac scilicet Apologia Schneiderus cognitum habuerit, semper [?] Socratem ad mortem praeparatum fuisse? Imo totius loci sensus est: *memorabile est, Socratem in ius vocatum neque causam suam dicere, et mortem aequo animo sustinere voluisse.* Ms. Paris. B. περὶ τῆς ἀπολογίας. Praestat vulgata, quam plenam facies hunc in modum: καὶ περὶ τῆς τελευτῆς, ut Memor. IV, 2, 27. πρός τε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους καὶ τἆλλα ἀνθρώπινα, sed vide ad Symp. III, 1. — γεγράφασι μὲν οὖν) „*Stephanus μὲν οὖν dedit cum Paris. A, quem*

sum cum Galio imitatus." Ita Schneid., equidem tamen illud οὖν non vidi neque apud Steph. 1. 2., neque apud Reuchlin. Hal. Cast. Bryll. etc. Quid? quod abest adeo a cod. Paris. B., in quo pro anteced. βίου legebatur νίοῦ, observante Gailio, nec nisi in specimine codicis Vaticani ab eodem Tom. VII. P. II. exhibito compareat. Falli autem Gailium, apparebit comparanti I. I. p. 93. cum specimine. Ceterum miratur Schneid., quid Xenophon aliorum scriptorum defensionem curaverit, „*neque si quid ab istis omissum reperisset, quod causam Socraticae* μεγαληγορίας *comprehenderet, satis hoc causae fuisse* ait, *ut id enarratum copiosius et Apologiae nomine inscriptum publicaret.*" Nempe nihil aliud permovit Xenophontem, quam quod in alia re ipse professus est Memor. IV, 3, 2. *Ἄλλοι μὲν οὖν αὐτῷ πρὸς ἄλλους οὕτως ὁμιλοῦντι παραγενόμενοι διηγοῦντο· ἐγὼ δέ, ὅτε πρὸς Εὐθύδημόν τοιάδε διελέγετο, παρεγενόμην.* Quibus verbis qui se promittit neglectis aliorum disputationibus aequalia tractaturum esse, quidni maiore iure eidem liceat peculiari scriptione supplere, quae ab aliis praetermissa esse viderit, praesertim cum magistri sui moribus accuratius cognoscendis et diiudicandis haud parum inservire intellexisset? Imperfectum διηγοῦντο si cui illic displiceat, satius erit διηγοῦνται, quam διηγοῖντο cum Heindorfio reponere. Quanquam simillimae criminationi ipse occurrit Xenophon infra §. 22. — περὶ τούτου scripsit neutro genere supplens cogitatione ὡς ἐβουλ. κ. τ. λ. neque duo substantiva feminin. quidquam curans.

καὶ πάντες ἔτυχον) Gesnerus in Chrestom., cui Bach. et Zeun. assentiuntur, explicat: *non praetermiserunt sed cum fide retulerunt.* At Ernestius non iniuria veritus, ne verbum τυγχάνειν nude cum secundo casu iunctum nunquam illam vim habeat, assentientem nactus est Schneiderum hoc modo accipiens: *omnes eius magniloquentiam expresserunt, assecuti sunt.* Haec tamen quoniam contextui nondum satis congruere Ernestio viderentur, aut corruptum esse ἔτυχον aut μεμνημένοι vel simile quid excidisse censuit. Weiskianae coniecturae ἐτύχον τῆς μεγαλ. αὐτὸν θαυμάζοντες vel ἀγάμενοι tum violenta corrigendi ratio, tum hoc obstat, quod pro Praesentis participio Praeteritum tantum non necessario requiritur, uti cognoscere licet ex annot. Heindorf. ad Plat. Phaedon. §. 10. p. 17. §. 57. p. 94. Magis ferri poterit commentum Sturz. L. X. T. IV. p. 845. ἔθιγον eadem potestate positum, qua Euripides dixit Fragm. XCVII. Μή μοι λεπτῶν θίγγανε μύθων, ψυχή. et Soph. Philoct. V. 408.

Sed sanissima est, nisi fallor, vulgata, quam vernacula lingua reddiderim: *alle haben seine grossartige Sprache getroffen.* Tralaticia est apud Graecos locutio σποποῦ τυχεῖν, e qua tanquam e fonte laudata quoque verba derivanda sunt. Certe, quod Dionysius Hal. de vett. script. cens. Vol. V. p. 426. Reisk. de Xenophonte iudicium tulit ὕψους δὲ καὶ μεγαλοπρεπείας καθόλου τοῦ ἱστορικοῦ πράγματος οὐκ ἐπέτυχεν, num quisquam graecum esse iure infitiabitur? τύχοιμ' ἂν apud Soph. in Philoct. V. 223. Wakefieldus vertit: *veritatem assequar* idque probante Buttmanno. At tam incertis testimoniis nihil opus est, ubi unus satisfacit Pericles apud Thucyd. II, 35. χρὴ καὶ ἐμὲ ἑπόμενον τῷ νόμῳ πειρᾶσθαι ὑμῶν τῆς ἑκάστου βουλήσεώς τε καὶ δόξης τυχεῖν ὡς ἐπιπλεῖστον.... Adde quod contextus hanc interpretationem non admittit modo, sed etiam efflagitat. *Hoc quidem,* inquit Xenophon, *bene omnes exposuerunt, Socratem grandiloquum fuisse, sed qua de causa fuerit, non aeque.* Comparant de re Cicer. de Orat. I, 54. Tusc. I, 29. et Max. Tyr. Diss. IX. ibique Davis. Mox ad lectionem Paris. B. ὡι — τῶι ὄντι notavit Gailius illius codicis librarium iota nunquam subscripsisse. — θάνατον) Nihil moror, quod huic nomini articulum scriptor non praefixit; nam nec §. 9. in verbis κερδᾶναι τὸν πολὺ χείρω βίον ἀντὶ θανάτου, cf. §. 23., adest articulus, et permulta numerantur nomina, in quibus ponatur articulus an omittatur perinde est. In horum esse numero θάνατος, vix sinit dubitare formula ζημίαν θάνατον ποιεῖν. Praeterea etiam in subiecto orationis non uno loco articulus reticetur Memor. IV, 6, 7. Ἄλλο δέ τι σοφίαν οἴει εἶναι ἢ ᾧ σοφοί εἰσιν; Οὐκ ἔγωγε. Ἐπιστήμη ἄρα σοφία ἐστίν; I, 2, 23. Πάντα μὲν οὖν ἔμοιγε δοκεῖ τὰ καλὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ ἀσκητὰ εἶναι, οὐχ ἥκιστα δὲ σωφροσύνη; Cyrop. V, 5, 8. ἐφ' ὅσον ἀνθρώπων μνήμη ἐφικνεῖται. Aliter accipi possunt Anab. IV, 8, 27. καὶ καλὴ θέα ἐγένετο. Cf. Poppon. ad Cyrop. II, 1, 2. et Fischer. ad Weller. Vol. I. p. 320. Obiter moneo, Memor. III, 10, 1. Ἆρα, ἔφη, ὦ Παῤῥάσιε, γραφική ἐστιν ἡ εἰκασία τῶν ὁρωμένων; non minus temere articulum, quam ad eiusdem libri finem in verbis Ἔλεγε δὲ καὶ ὡς τὸ εὐωχεῖσθαι ἐν τῇ Ἀθηναίων γλώττῃ ἐσθίειν καλοῖτο. Infinitivorum sedem ab interpretibus permutari. Integerrima sunt etiam ibidem cap. 1, 8. scripta καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ τούς τε πρώτους ἀρίστους δεῖ τάττειν καὶ τοὺς τελευταίους, ἐν μέσῳ δὲ τοὺς χειρίστους. Schaeferus h. l. de coniectura edidit τὸν θάνατον. — ἀφρονεστέρα αὐτοῦ) Insipiens haec apo-

logia non poterat non videri opinantibus, Socratem vivere quam mori maluisse, sive iuvenis esset, quum accusaretur, sive senex. Neque enim fieri potuit, quin eius magniloquentia contumaciae non absimilis iudices ita irritaret, ut capitis eum damnarent. Apposite igitur Xenophon praeceptorem a contumaciae crimine defendere conatus est docendo, ob senectutem aeque et morum integritatem mortem sapientissimo magistro quam vitam optabiliorem fuisse.

§. 2. Ἑρμογένης) Vide notata ad Symp. I, 3. In seqq. ὥςτε πρέπουσαν posteriorem vocem Paris. B. in margine demum adscriptam habet. — ἐκεῖνος γὰρ ἔφη) Memor. IV, 8, 4. ἔφη γάρ, ἤδη Μελίτου γεγραμμένου αὐτὸν τὴν γραφήν, αὐτὸς ἀκούων αὐτοῦ πάντα μᾶλλον ἢ περὶ τῆς δίκης διαλεγομένου λέγειν αὐτῷ, ὡς χρή, σκοπεῖν, ὅ, τι ἀπολογήσεται. Exquisitius hic πάντα scriptum esse, non est, quod moneam. Certissimum est enim, huic variandae orationis studio Graecos inprimis addictos fuisse. Soph. Electr. V. 939. ἕως μὲν τὸν κασίγνητον βίῳ, θάλλοντά τ' εἰςήκουον, ubi vid. Hermann. Praeter necessitatem Marklandus arbitratur apud Max. Tyr. III, 2. p. 31. καὶ ὑπὸ μὲν τῆς ἡδόνῆς σώζεται, ὑπὸ δὲ τοῦ ἀλγεῖν φθείρεται concinnitatem aut τοῦ ἥδεσθαι pro τῆς ἡδονῆς, aut τοῦ ἀλγεινοῦ postulare. Amat talia Tacitus, ut de Germ. XV., *non multum venatibus plus per otium transigit*, ibique v. Passow. p. 98. Indocte autem Schneiderus ὁρῶν δὲ διαλεγόμενον peius esse, quam ἀκούων αὐτοῦ δ. olim censuerat, non memor animadversionis Brunck. ad Aristoph. Ran. V. 815. p. 204. Beck.

§. 3. Οὐκ ἐχρῆν μέντοι σκοπεῖν) Schneider: „*In tali interrogatione inusitatum* μέντοι, *sequens* καὶ *post* ὅ τι *collocatum locum suum ex Atticorum more rectius tuebitur; in Memorabilibus excidisse videtur.*" At neminem offendit μέντοι, qui noverit observata ab Hermanno ad Viger. p. 844. et Heindorf. ad Platon. Protag. §. 1. p. 458. Fac negatio absit cum interrogatione, et habebis versionem vernaculam hanc: *du sollest doch, lieber Sokrates, auch das, was du zu deiner Vertheidigung vorbringen wirst, überlegen*, ac si praecessissent: διαλέγῃ μὲν περὶ πάντων μᾶλλον ἢ περὶ τῆς δίκης, ἐχρῆν μέντοι κ. τ. λ. Schneidero alibi quoque video particulas οὐ μέντοι in interrogatione collocatas displicuisse, ut Cyrop. V, 3, 8. εἰπέ μοι, ἔφη, οὐκ ἔλεγες μέντοι σύ, ubi tamen Heindorf. errantem in viam reduxit. Ibidem VIII, 3, 29. Ἀναβλέψας δὲ ὁ Σάκας ἐρωτᾷ, τίνος ἔτυχεν. Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὐδενὸς τῶν παρόντων. Ἀλλ' οὐ μέντοι, ἔφη ὁ νεανίσκος, τῶν γε ἀπόντων; Guelferbytanum μέν τι

probat Schneid. Cave assentiaris. Platon. rep. X, 5. p. 432. Ast. τὸ δὲ δὴ μιμεῖσθαι τοῦτο οὐ περὶ τρίτον μέντοι ἐστὶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας; Ion. p. 537. a. Οὐ καὶ περὶ τεχνῶν μέντοι λέγει πολλαχοῦ Ὅμηρος καὶ πολλά; cf. Adnott. ad Symp. II, 3. Quam apte vero καὶ locum suum teneat, facilius perspicies, si hanc mecum orationem probaveris: *de rebus aliis quo minus loquaris, nihil impedio, sed hoc etiam deliberare oportet, quid tui defendendi causa sis prolaturus.* Hanc rationem praeferendam duco ei, qua καὶ post ὅ τι collocatum vult Schneiderus, qui καὶ εἰ pro εἰ καὶ positum et Memorab. locum ad Symp. VI, 2. laudatum conferre poterat. Cf. Poppo de Elocut. Thucyd. p. 301. Paullo aliter eadem, omissa tamen copula, in Mem. enuntiavit, quem utrumque locum Schneid. in prima editione pessime tractaverat. — Τὸν δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀποκρ.) Sic iussu Paris. A. et Memor., ubi est τὸν δὲ τὸ μὲν πρῶτον εἰπεῖν· Οὐ γάρ δοκῶ σοι τοῦτο μελετῶν διαβηβιωκέναι· dederat Schneiderus. Cast. Hal. Bryll. Steph. 2. τὸν δὲ τοπρῶτον ἀπ., Steph. 1. Leoncl. Bach. Zeun. τὸν δὲ τὸ πρῶτον ἀπ., Reuchlin. τὸν δὲ τοπρῶτον μὲν ἀπ., quo recepta lectio stabilitur. Sequens γὰρ a Reuchlino aliisque omissum ut textis inferrent Gailius et Schneiderus, poposcerunt codices Pariss. A. B. Y. et Memor., ubi insuper τοῦτο pro ἀπολογεῖσθαι scriptum, quod quare male repetitum Schneid. existimaret, causam non addidit. — Ἔπειτα δ' αὐτὸν ἐρέσθαι.) Vulgo ἔρεσθαι; sequimur Paris. B. specim. l. 1. Stephanum 1. 2. et Leonclavium. Uberius Memor. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἤρετο, ὅπως; εἰπεῖν αὐτὸν, ὅτι οὐδὲν ἄλλο ποιῶν διαγεγένηται ἢ διασκοπῶν μὲν τά τε δίκαια καὶ τὰ ἄδικα, πράττων δὲ τὰ δίκαια καὶ τῶν ἀδίκων ἀπεχόμενος· ἥνπερ νομίζοι καλλίστην μελέτην ἀπολογίας εἶναι. Sine iusta causa in ed. prima Schneid. perperam scripta esse in Apologia ἔπειτα δ' αὐτὸν ἔρεσθαι, rectius πῶς et nimis breviter ὅτι οὐδὲν ἄδικον διαγ. π. statuerat.

§. 4. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸν πάλιν λέγειν). Stephanus 1. 2: *Scribendum videtur ἔπειτα pro ἐπεὶ, sed toties ἐπεὶ (sicut admonui antea) pro ἔπειτα positum reperitur, ut an librariorum errori imputandum hoc sit, dubitem,"* qui etsi de eadem particula in Thesauro T. I. p. 1207. meliora docuerat, tamen Leonclavius voci ἔπειτα locum in margine concessit, in textu adeo Morellius, cuius editionem Bach. adhibuit. Quid? quod Bastius etiam aequali errori indulsit Epist. crit. p. 124., licet de particulae ὅτε usu rectius ibidem p. 133. exposuerit. Ad vulgatam defendendam quae comparavit

Bachius, ex parte perperam excitata sunt, Herodot. II, 42. Platon. Symp. XIV, 1. et e Latinis Livii II, 27. ibique interprett. Plura dabunt Viger. p. 399, 401, 784. Göller. ad Dionys. de Compos. p. 76. Matthiae gr. gr. §. 537. p. 773. Schaefer. poett. gnom. p. 156. et Poppo de Elocut. Thucyd. p. 145 sq. Apodosis inest in verbis φάναι αὐτόν. — λόγῳ παραχθέντες) „In fine libri ἀπομν. IV, 8, 5., cuius loci collatio cum hoc nos iuvit, legitur λόγῳ ἀχθεσθέντες, quoniam tamen ταραχθέντες ferri potest, reliquimus. At ἀπέλυσαν quod est in vers. sequenti inde sumptum reponere pro ἀτέλησαν, quod nihil significat, non dubitavimus." Hactenus Stephanus 1. et 2. Memor. Αὐτὸς δὲ πάλιν εἰπεῖν, Οὐχ ὁρᾷς, ὦ Σώκρατες, ὅτι οἱ Ἀθήνησι δικασταὶ πολλοὺς μὲν ἤδη μηδὲν ἀδικοῦντας λόγῳ ἀχθεσθέντες ἀπέκτειναν, πολλοὺς δὲ ἀδικοῦντας ἀπέλυσαν; quo ex loco, non ex coniectura, quae Schneideri est opinio, pro ταραχθέντες lectione, a Cast. Bryll. Steph. 1. 2. Leoncll. Bach. Zeun. Weisk. aliis servata, Morellium ἀχθεσθέντες huc transtulisse, quis non videat? Multum praestat παραχθέντες, quod Reuchlino et Hal. praeeuntibus cum Mss. Pariss. B., a cuius librario superscriptum ες terminationi ας, quam textus referebat, et Y. admiserunt Schaef. et Schneid., exemplisque Thucyd. I, 34, 3. II, 64, 1. III, 38, 3. commendavit Gail. et h. l. et iisdem paene verbis T. VII. P. 2. p. 19. Vide Wolf. ad Demosthen. Leptin. p. 355. Verba Memor. testantur simul ad παραχθέντες ex his τὰ Ἀθηναίων δικαστήρια non tam Ἀθηναῖοι quam οἱ τῶν Ἀθηναίων δικασταὶ supplendum esse, de quo dicendi genere VV. DD. quam saepissime monuerunt, Orelli ad Isocrat. περὶ ἀντιδ. p. 250 sq. Ast. ad Platon. legg. p. 447., Poppo l. l. p. 94., Matthiae ad Eurip. Orest. p. 214. et nos ad Symp. VIII, 26, 34. — ἢ ἐκ τοῦ λόγου οἰκτίσαντες) Qui haec singulari libello persecutus est Georg. Henr. Martini, Annaberg. 1763. 4., postquam οἰκτίζειν demonstravit cum alibi, tum apud Sophocl. Oed. Tyr. V. 1295. Oed. Colon. 1280. et Trachin. 855., quae melius nuper illustravit Hermann. p. 149., denotare *ad misericordiam flectere*, adsumta Gesneri coniectura legendum censuit ἢ ἐκτὸς λόγου οἰκτίσαντας, ita interpretatus: *noxios contra, qui aut absque oratione eos ad misericordiam commoverant, aut eorum gratiam adulando inierant, absolverunt.* Etenim inde ab Ernestii temporibus omnes concesserunt, duas potissimum absolutionis causas, unam miserationem supplicantis, alteram iudicum gratiam, quam reus blanda oratione aucupetur, proponi; sed minus intellexerunt, qui disiunctivis

illa particulis ἤ—ἤ efferri potuerint: cui difficultati alii alio modo, Schneiderus autem ita occurrit, ut, ne sensus evaderet ambiguus, evitatum Accusativum *οἰκτίσαντας* moneret. Quae vel excusatio vel defensio quamvis mihi parum satisfaciat, Nominativum tamen retinendum puto, quum neque ἐκ τοῦ λόγου possit i. q. λόγῳ, neque vero ἐκτὸς λόγου *sine oratione* apud hunc scriptorem significare. Accedit, quod particulae ἤ—ἤ diversis iunctae casibus per se nihil habent, in quo quis iure haereat: oppositio enim semper manet eadem; cf. etiam ad §. 2. Ceterum οἰκτίσαντες Reuchlin. Hal. Cast. Bryll. Zcun. Bach. Weisk., et οἰκτίσαντας Steph. 1, 2. Leoncll. 1. 2. 3. Non amplius placet, quod olim conieceram ἤ ἐκ τοῦ λόγου οἰκτισθέντας. — ἤ ἐπιχαρίτως) Georg. Lecapen. Excerpt. Matth. p. 78 sq. χαρίζομαι, καὶ τὸ ἀστειεύομαι (sic) καὶ κομψεύομαι — καὶ ἀπὸ τούτου ἐπίῤῥημα ἐπιχαρίτως παρὰ Ξενοφῶντι, ἀντὶ τοῦ ἀστείως καὶ πρὸς χάριν, quibuscum ad verbum paene concinit Phavorinus, a Lex. Xen. T. II. p. 338. allatus. Isocrat. περὶ τῆς Ἀντιδ. ed. Orelli p. 3. οὐκ ἐπιχαρίτως, οὐδ' ἀνεπιφθόνως εἰπεῖν περὶ αὐτῶν δυνησόμενος. Monstrosum illud ἀπέλησαν apud Reuchl. Hal. et Bryll. repertum iam ante Stephanum castigaverant Castalio et Brodaeus: *ego*, inquiens, ἀπέλησαν (sic) *malim*. Non raro Atheniensium iudices eodem, quo hic, nomine perstringuntur, ut Memor. IV, 4, 4. Platon. Apol. p. 38 D sq. et Isocrat. περὶ ἀντιδ. cap. 31. p. 601. Lang. — Ἀλλὰ ναὶ μὰ Δία) Memor. Ἀλλὰ νὴ τὸν Δία, φάναι αὐτόν, ὦ Ἑρμόγενες, ἤδη μου [male ἐμοῦ coniecit Ast. *in Platons Leben und Schriften*. p. 485.] ἐπιχειροῦντος φροντίσαι τῆς πρὸς τοὺς δικαστὰς ἀπολογίας, ἠναντιώθη τὸ δαιμόνιον. Dictionem in Apologia tanquam breviorem et concinniorem laudanti Schneidero ut verba καὶ δὶς non videntur ex interpolatione invecta esse, ita peius hic ἐναντιοῦται legi autumat, quasi vero a Socratis mente magis abhorreat sensus: *quoties de defensione mea meditari conatus sum, toties mihi adversatur daemonium* quam alterius sententia loci: *conanti mihi — adversatum est daemonium.* „Sequitur utrobique," verba sunt Weiskii p. 205, „praesens tempus: τῷ θεῷ δοκεῖ βέλτιον εἶναι, non aoristus ἔδοξε aut aliquod praeteritum." Omnino istam diversorum temporum coniunctionem Graeci adeo non evitarunt, ut eam studiose quaesitam fuisse innumera exempla evincant. Probabiliter licet non necessario Weiskius colligit, καὶ δὶς instar numeri rotundi esse, ex Memor. IV, 2, 24. et Soph. Aiac. V. 920. ed. Herm.,

modo ne καὶ cum eodem putes abundanter adiectum esse. Quod autem Genitivus pro Dativo ἐπιχειρήσαντι ἐναντιοῦταί μοι τὸ δαιμ. collocatus est, ex consuetudine Graecorum ab una ad alteram structuram transeuntium derivabis. Eurip. Hippolyt. V. 23. τὰ πολλὰ δὲ πάλαι προκόψασ' (ἐγὼ) οὐ πολλοῦ με δεῖ, sed vid. Matthiae gr. gr. §. 561. p. 818. Schaef. ad Apollon. Rhod. T. II. p. 170 sq. Poppo de Elocut. Thucyd. p. 119 sq. et Baehr. in Creuzer. Melett. critt. III. p. 80. — τὸ δαιμόνιον) Bach. „Apposuit h. l. Gesnerus locum Apuleii de Daemonio Socratis p. 50. ed. Elmenh. cf. Plat. Apol. Socr. Scripsit autem Gottfr. Olearius Diss. de Daemonio Socratis, quae reperitur in Stanleii Hist. Philos. cf. Cleric. in Silv. Philolog. c. III. § 7. ad Aeschinis dialogos" et ad Symp. VIII, 5. quibus nuperrime accesserunt Baehr. ad Plut. Alcib. p. 160 sq. et Ind. ad Phalar. epp. ed. Schaefer. p. 427.

§. 5. θαυμαστὰ λέγειν) Paris. B. θ. λέγεις, ut Memor. καὶ αὐτὸς εἰπεῖν, Θαυμαστὰ λέγεις· τὸν δὲ, Θαυμάζεις, φάναι, εἰ τῷ θεῷ δοκεῖ βέλτιον εἶναι, ἐμὲ τελευτᾶν τὸν βίον ἤδη; οὐκ οἶσθ' ὅτι μέχρι μὲν τοῦδε τοῦ χρόνου ἐγὼ οὐδενὶ ἀνθρώπων ὑφείμην ἂν οὔτε βέλτιον οὔθ' ἥδιον ἐμοῦ βεβιωκέναι; ἄριστα μὲν γὰρ οἶμαι ζῆν τοὺς ἄριστα ἐπιμελομένους τοῦ ὡς βελτίστους γίγνεσθαι, ἥδιστα δὲ τοὺς μάλιστα αἰσθομένους, ὅτι βελτίους γίγνονται. Ad hunc locum quae disputavit Schneiderus, maximam partem ita instituta sunt, nullo ut negotio convelli queant. Primum minus concinna dixit δοκεῖ ἐμὲ βέλτιον εἶναι ἤδη τελευτᾶν, quam δοκεῖ βέλτιον εἶναι ἐμὲ τελευτᾶν τὸν βίον ἤδη, quod meo quidem iudicio falsissimum est; partim enim collocationem verbi τελευτᾶν numerosiorem esse, ipse fatetur, partim semper didici eiusmodi hyperbaton vulgari positu exquisitiorem vocari. Sed graviora sunt, quae Apologiae auctori V. D. paullo post vitio vertit; nam quod mutilatam Socratis sententiam Apologiae intulerit, eius rei non aliam ait causam fuisse, quam scriptoris ignaviam „*non sentientis, quantum conscientia vitae pure et sancte actae differat a voluptatis in dies crescentis sensu, si quis meliorem semper fieri se animadverterit. Haec est summa vitae voluptas, illa suavissima vitae actae recordatio. De illa vero loqui voluit Xenophon.*" Ut omittam, neminem sibi vitae probe peractae conscium esse posse, nisi qui bonum se esse et meliorem in dies evadere senserit, summam illam vitae voluptatem si copiosius Socrates exposuisset, magnopere providendum puto, ne rebus suis nocuisset

magis quam consuluisset. Quid enim? Nonne Hermogenes magistro poterat ac debebat obiicere: *quidni igitur vitam tuam conservatam vis, quo diutius summa illa voluptate fruaris, maioremque in dies virtutem consequaris?* Imo argumenta omnia, quibus evinci potuerit, vitam morti praeferendam sibi esse, refutaturus Socrates quam ob causam voluptatem illam silentio praetermiserit, neminem latere potest. Quisquis igitur extremum Memorabilium caput conscripsit, Xenophon an alius nescio quis, sapientius rationes suas instituisse putandus est is, qui apologiae auctor fuit, quippe nolens afferre, quae argumentationi, qua usus erat Socrates, manifesto contraria essent. Nolo urgere locum ex Memor. excitatum glossatorum interpretamentis refertum videri, qualia sunt frigida illa *τὸν βίον, τοῦ χρόνου ἐγώ*, non exceptis, quae statim sequuntur, ineptiis in verbis *ἄριστα μὲν γὰρ οἶμαι κ. τ. λ.*, quae redeunt ad absonam sententiam hanc: *optime vivunt, qui optime vivunt, et iucundissime, qui optime.* — *τονδ' αὖ*) Cast. Hal. Reuchlin. Steph. 1. 2. Leoncll. 1. 2. 3. Bach. Zeun. *τὸν δ' αὖ*, fortasse rectius, amant enim in apodosi particulam *δὲ* Graeci, et diversa est ratio loci, quam ex Memorab. posuimus. Non maioris momenti habendum, quod praeter Reuchlin. Hal. Cast. Bryll. etiam Mss. Pariss. A. B. repraesentarunt *εἰ θαυμαστὸν νομίζεις*, nisi quis corruptos locos velit testes adducere: Cyrop. VII, 2, 25. *'Αλλὰ νῦν γὰρ δή, ἔφη, ὦ Κῦρε, γινώσκω μὲν ἐμαυτόν· σὺ δ', ἔφη, δοκεῖς ἔτι ἀληθεύειν τὸν 'Απόλλω, ὡς εὐδαίμων ἔσομαι γιγνώσκων ἐμαυτόν;* Fischerus: Mihi veram scripturam conservasse videtur Cod. Alt. *σὺ δὲ, ἔφη, εἰ δοκεῖς ἔτι· ἀληθεύειν·* certe *εἰ* eleganter ponitur in interrogationibus, facilius omitti potuit, quam addi. „Etiam liber Gabriel. habet *ἔφη, εἰ δοκεῖς ἔτι* [Vatican. *ἔφη ἔτι δοκεῖς*], at noli dubitare, quin uterque librarius dare voluerit *ἦ δοκεῖς*, quam voculam a scriptoris manu profectam, antecedens litera in aliquot membranis absorpsit. Itidem Fischerus erravit ad Cyrop. IV, 5, 44. ex corruptis libris *εἰ γὰρ* praeponens. Probabiliorem veritatis speciem prae se ferrent, quae leguntur ibidem III, 3, 49. *Τί δ', ἔφη, ὦ Κῦρε, εἰ καὶ σὺ συγκαλέσας, ἕως ἔτι ἔξεστι, παρακελεύσαιο, εἰ ἄρα τι καὶ ἀμείνους ποιήσαις τοὺς στρατιώτας;* nisi cogitatione supplendum esset verbum *ἐρωτῶ σε, σκέψαι* vel simile, vid. Schneid. ad Anabas. V, 8, 6. et Hermann. ad Viger. p. 505. Nolo provocare ad ea exempla, quae Stallbaum ad Plat. Phileb. p. 117. collegit, aliter explicanda. Optativo *ὑφείμην* addunt Memor. *ἄν*,

quo nihil opus esse puto, quoniam, licet utrique locutioni nonnihil diversa significatio adhaereat, neutrum tamen a Socratis mente alienum est. Cf. Hermann. Praef. ad Soph. Aiac. p. XX sq. p. 109, 140 et Reisig. de vi et usu ἂν particulae p. 114. Tum ᾔδειν apud Brodaeum: *alii codices* εἰ δεῖν, in duas voculas diremerunt. Pariss. A. B. ὁσίως μὲν καὶ δικαίως, Steph. 1. 2. Leoncll. 1. 2. 3. ταυτὰ et συγγινόμενος, quos vidi, omnes libri editi. Vix operae pretium est, Steph. 1. 2. quoque observationem cognoscere. „Ibidem [Memorab. I. 1.] legitur μέχρι μὲν τοῦδε τοῦ χρόνου, item ὑφείμην ἂν οὔτε βέλτιον οὔθ' ἥδιον ἐμοῦ βεβ. Ex quo fortasse loco genitivum τοῦ χρόνου nihil necesse fuerit assumere, quum subaudiri possit: sed particulam ἂν lubenter inde mutuabor, ac multo etiam magis haec duo vocabula οὔθ' ἥδιον; sequitur enim hic, ὅπερ γὰρ ἥδιστόν ἐστιν, ᾔδειν. Quod si οὔθ' ἥδιον inde accipiamus, erit itidem οὔτε, quod est ante βέλτιον, accipiendum.“ Magis ad rem pertinet locus Isocratis περὶ ἀντιδ. c. 31. p. 602 Lang. Θαῤῥῶ καὶ πολλὰς ἐλπίδας ἔχω, τότε μοι τοῦ βίου τὴν τελευτὴν ἥξειν, ὅταν μέλλῃ συνοίσειν ἡμῖν· σημείῳ χρώμενος, ὅτι καὶ τὸν παρελθόντα χρόνον οὕτω τυγχάνω βεβιωκὼς μέχρι ταυτησὶ τῆς ἡμέρας, ὥσπερ προσῆκε τοὺς εὐσεβεῖς καὶ θεοφιλεῖς τῶν ἀνθρώπων per totam orationem Xenophontis pariter et Platonis apologiam respicientis, cf. Lang. Praefat. p. 13 sqq. Ast. *Platons Leben* p. 491. Socher. *über Platons Schriften*. p. 77.

§. 6. *Νῦν δὲ εἰ ἔτι προβήσεται*) Memor. §. 8. εἰ δὲ βιώσομαι πλείω χρόνον, ἴσως ἀναγκαῖον ἔσται τὰ τοῦ γήρως ἐπιτελεῖσθαι, καὶ ὁρᾶν τε καὶ ἀκούειν ἧττον, καὶ διανοεῖσθαι χεῖρον καὶ δυσμαθέστερον καὶ ἐπιλησμονέστερον ἀποβαίνειν, καὶ ὧν πρότερον βελτίων ἦν, τούτων χείρω γίγνεσθαι· ἀλλὰ μὴν ταῦτά γε μὴ αἰσθανομένῳ μὲν ἀβίωτος ἂν εἴη ὁ βίος, αἰσθανόμενον δὲ πῶς οὐκ ἀνάγκη χεῖρόν τε καὶ ἀηδέστερον ζῆν; Primum in Apologia αδ' ὅτι pro ἴσως scriptum displicet Schneidero; negat enim, Socrati de rebus futuris vaticinari nolenti convenire. Atqui vaticinari utrum Socrates voluerit necne, in medio relinquam, illud persuasum habens, Socratem in causis exponendis versari, quibus permotus mori quam vivere maluerit, atque unumquemque nostrum senectuti appropinquantem ea, quae hic de senectutis incommodis subiiciuntur καὶ ὁρᾶν τε χεῖρον etc. de se praedicere posse. Neque vero quid οἶδ' ὅτι ab ἴσως magnopere differant, vid. notata ad Symp. III, 8., aut cur minus im-

probetur vaticinium Memor. l. l. §. 10. et Apol. §. 26. eadem dicendi formula illatum *οἶδα δὲ ὅτι, καὶ ἐγὼ ἐπιμελείας κ. τ. λ.* satis possum assequi. Deinde *ἐπιτελεῖσθαι* in Mem. deterius esse quam *ἀποτ.*, adnotat Schneiderus; quod si verum est, quid obstat, quo minus illic, quod melius est, restituamus? Interim vide notata ad §. 33. Reliqua ineptissime quidem ab Apologiae auctore contracta esse perhibentur, nondum tamen, qua in re ineptiae istae cernantur, quisquam ostendit. Num in eo, quod verba *καὶ διανοεῖσθαι χεῖρον* in apologia omissa sunt? at haec mihi quidem aut falsa videntur aut supervacanea, *falsa* si reddimus: *deteriori iudicio, s. meditandi facultate uti*, quam procedente aetate non tam augeri quam imminui constat, atque *supervacanea*, si Budaeum sequimur in Steph. Thes. T. II. p. 1076. vertentem: *animadvertere, apprehendere animo et percipere*; etenim qui nec oculis nec auribus res externas bene excipit, eum animo quoque male omnia apprehendere, sponte intelligitur. An vero proxima illa *καὶ ὧν πρότερον — ζῆν* tantopere Schneidero placuerant, ut aegre in apologia desiderari crederet? Non vacat nunc uberius explicare, quantum simplicitate et brevitate apologiae verba illis antecellant; sufficiat verbo indicasse, pro iis, quae ultimum Memor. caput qui multis modis interpolavit, dicturus fuisse videtur: *quicunque vires suas debilitari non sentit, tolerabilem fortasse vitam aget, sed senectutis molestias sentienti non potest non deterior vita esse et iniucundior*, perverse scripsisse: *qui se non sentit deteriorem fieri, vitam is intolerabilem, qui sentit, intolerabiliorem iniucundioremque vitam degat necesse est.* Ceterum verba *καὶ καταμέμφωμαι ἐμὲ* [Reuchl. et Hal. *καταμέμφομαι*] ad §. 5. *ἀγάμενος ἐμαυτὸν* referri, ibidem a Schneidero docemur. — *πῶς ἂν εἰπεῖν, ἐγὼ ἔτι ἂν ἡδ. βι.*) Margo Stephani 2.: *Vide meas annot.*, ubi: „Notis parentheseos, inquit, includendus esse videtur infinitivus *εἰπεῖν*, aut ita legendum *πῶς ἂν εἴποιμι ἐγὼ ὅτι* etc. In illo autem libri 4. *ἀπομν.* loco legitur pro his *πῶς οὐκ ἀνάγκη χεῖρόν τε καὶ ἀηδέστερον ζῆν;*" Prius illud praestat, quum hodie nemo dubitet, *ἂν* bis terve in uno membro iterari. Bachius eandem sententiam fovens, ut geminatam cum *optativo modo* particulam tueretur, olim comparaverat Demosth. Mid. §. 32. ed. Taylor., cui addes Cyrop. I, 6, 13. ibique Poppo §. 23. §. 26. Platon. legg. Lib. I, 10. Protag. p. 617. H. Cyrop. III, 1, 16. recte libri mei *πῶς δ' ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, τότε πλείστου ἄξιοι γίγνοιντ' ἂν οἱ ἄνθρωποι;* Soph. Oed. Col. V. 776.

Heindorf. ad Platon. Phaedrum §. 135. p. 345. Elmsley ad Eurip. Med. V. 1257., interprett. ad Aristoph. Thesmoph. V. 202. Thiersch. gr. gr. p. 523. et Stallbaum ad Platon. Phileb. p. 169., qui ἂν post πῶς ἂν repetitum solutae orationis scriptoribus p. 11. nollem abiudicasset. Itidem sequente *Infinitivo* ἂν vocula bis ponitur Cyrop. I, 6, 18. Anabas. IV, 6, 13. VII, 4, 12. Platon. Alcib. I. p. 116. c. Cyrop. V, 2, 23. e cod. Guelf. et Elmsl. ad Eurip. Oed. Reg. V. 1227., atque appositis *Imperfecto* et *Praeteritis Indicativi* Memor. I, 4, 14. Cyrop. II, 2, 13. Platon. Alcib. I. p. 119. d. Sophocl. Aiac. V. 1223. ed. Herm. Oed. Col. 1366. Br. et interprett. ad Aristoph. Acharn. V. 218. Contra si *Coniunctivo* particulas bis unquam Graeci adiunxerunt, vid. Blomfield. ad Aesch. Prometh. V. 795. ed. Lips. p. 190., saltem raro tantum id fecisse putandi sunt; unde fit, ut nonnisi in codicibus hic illic eius usus vestigia superesse videantur, cf. Cyrop. I, 2, 5. Alia exempla eius voculae promiscue cum Modis illis bis copulatae congesserunt explicatione addita Hermann. ad Viger. p. 814 sqq. Matthiae gr. gr. §. 599. p. 883. Reisig. Coniectan. I. p. 187 sq. de vi et usu ἂν part. p. 119 sq. Gregor. Corinth. p. 43 sq. Stallbaum l. l. p. 152. atque ad Aristoph. nubb. V. 842. interpretes. De re conferri meretur Dio Chrys. T. I. p. 535. ed. Reisk. *καί μοι δοκοῦσι σφόδρα αὐτὸν ἀγαπῆσαι οἱ θεοὶ καὶ μάλιστα τῇ τελευτῇ τιμῆσαι, ὡς ἂν μηδενὸς πειρασθείη τῶν χαλεπῶν. ἀνάγκη γὰρ αὐτῷ ἦν προβαίνοντι ἀντὶ μὲν καλλίστου αἰσχροτέρῳ γενέσθαι, ἀντὶ δὲ ἰσχυροτάτου ἀσθενεστέρῳ· ἴσως δὲ καὶ λειφθῆναί που· κ. τ. λ.*

§. 7. *ἢν γὰρ νῦν κατακριθῇ μοι*) Sic cum editis etiam Paris. B., praeterquam quod Gailio narrante post *κατακριθῇ* duae vel tres literae erasae erant. Coniectans Leonclavius *ἢν γὰρ νῦν μὲν* (sic, fallitur enim Bach.) *κατακριθῶ, δῆλον* non ignorare se concedit, quomodo vulgata defendi queat, sed parum commode. Damnant uno ore Ernest. Bach. et Zeun. intellecto nomine *θάνατος* aut *δίκη*, quod §. 23. §. 27. et Memor. IV, 8, 1. adiectum quidem compareat, verum alias identidem omittatur, cf. Lamb. Bos. de ellips. et pleon. p. 110 sq. ed. Schaef. „*Sed Graecismum κατακριθῇ μου* [vid. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 896.] *postulare neuter monuit.*" clamat Schneiderus, qui si Matthiaei gr. gr. p. 505. vel Steph. Thesaur. T. II. p. 436. inspicere dignatus esset, excitatum ibi locum Herodoti VII, 146. *καὶ τοῖσι μὲν κατακέκριτο θάνατος* in viam eum reducturum fuisse, certo scio. *τῇ τελευτῇ χρῆσθαι*) His ἢ praefigunt Leonclavianae

tres, typothetarum, opinor, errore; nam reliquae editiones ignorant etiam a Leoncl. 3. uncis inclusum. — τῶν τούτου ἐπιμεληθέντων) Non deest τοῦ πράγματος, sed τοῦτο ad mortis genera referes, de quibus in antecedd. agitur. Intelliguntur partim οἱ δήμιοι, quibus officium erat, supplicia de reis sumere, vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 476, partim cicutae vis refrigeratoria, de qua exposuerunt Heind. ad Platon. Phaedon. p. 264. §. 154, Wyttenbach. Plut. de S. N. V. p. 51. et Wesseling. ad Diodor. Sic. XIV, 37. — ἀπραγμονεστάτη — φίλοις) „Quippe qui non cogentur assidere aegrotanti etc.“ Gesner. — τοῦ τελευτῶντος scripsit idem Gesnerus pro vulgata τῷ τελευτῶντι, cuius patrocinium ita suscepit Bach., ut πόθον statueret passive accipiendum esse, confutatus ille ab Ernestio. Absonam Gailii opinionem dicam, qua τῶν τελευτῶν, quod ex Mss. A. B. Y. eruit, loco singularis τῆς τελευτῆς dictum interpretari voluit: *qui inspire le plus grand désir de finir*, Brunckium adeo simulans ad Soph. Oed. Tyr. V. 366. talem Genitivi pluralis usum tuitum esse. Mortis autem genus, quod maximum mortis desiderium homini iniiciat, quale sit, nec ipse satis perspicio, et V. D. explicare oblitus est. Probabilius igitur Schneider. suspicatus est, scribere librarios voluisse τῶν τελευτώντων, quocum sequentia congruerent, si ἀπομαραίνηται una cum ceteris plurali numero prolata essent. Nunc τοῦ τελευτῶντος eo magis intactum reliqui, quod in Paris. A. vocibus τῶν τελευτῶν superscriptum est τῷ et ultimae syllabae τι. Mirum tamen mihi accidit, quod non Aoristo τοῦ τελευτήσαντος scriptor usus est, praesertim cum ποθεῖν ad absentes et ἐρᾶν ad praesentes referri annotet Ammonius, vid. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 427. Lips. In mentem mihi aliquando venit τοῦ τελευτᾶν — τοῦτο ποθεινόν, sed nec hoc nec aliud, quod reticeo, ita mihi nunc probatur, ut locum praesanatum indicem. — ὅταν γὰρ ἄσχημον μὲν μηδὲν) „*Vide*, inquit Schneider, *quam inepte scriptor causam rei aperiens dixerit, morientem nihil indecori vel turpe in animis praesentium relinquere.*“ Bene, si quidem inepte sentit, qui mente integra et sano corpore, quam vel demens, vel multis doloribus cruciatus, singulisve corporis partibus privatus, mori mavult. Nam quicunque illud mortis genus huic praefert, non poterit, quin eadem, qua Socrates, ratione aliquando mori concupiscat. Huc scilicet redeunt, quae a Socrate h. l. disputantur. Aoristum καταλίπηται ex edd. Reuchl. Cast. Hal. et Bryll., quibus Mss. Pariss. A. B. patrocinantur, Schneider. Praesenti substituit, quod idem

post Steph. 1. 2. inest in Leoncll. et exemplaribus ceteris. Assentior, tametsi cum Schneidero non existimans Aoristum unice huic loco accommodatum esse. Pro nihilo autem habeo, quod Weiskius legendum coniecit *καταλείπῃ*, quum Medium vertendum sit: *wenn er nichts Anstössiges von sich in den Gemüthern der Anwesenden zurückgelassen hat.* Ex antegressis supple ὅ τελευτῶν cum Bach. Weisk. et Thurot., ut non necesse sit cum Leonclavio et aliis scribi ὑγιὲς δέ τις τὸ σῶμα. Vid. ad Symp. I, 8. Ad Infinitivum φιλοφρονεῖσθαι Schneiderus: „*Videtur esse h. l. gaudere, exhilarari.*" Quodsi τοὺς παρόντας, quorum paullo ante mentio iniecta est, intellexeris, usitatam verbi vim habebis: *benevolentiam et amicitiam praesentibus ostendere.* — τοῦτον ποθεινὸν cum edd. Reuchlin. Hal. Bryll. Steph. 1. 2. Mss. Pariss. A. B. Y. dedit Schneid., habet tamen etiam τοῦτο ποθεινὸν, ex Leonclavianis per recentiores aliquot libros propagatum, quo se tueatur.

§. 8. τότε μου ἠναντιοῦντο — ἐπισκέψει) Reuchlin. Cast. Pariss. A. B. Y. et Schneid. ἠναντιοῦντο, sed Bryll. Hal. Steph. 1. 2. Leoncll. Bach. Zeun. et Weisk. ἐναντιοῦντο, de qua varietate monuerunt Reisig. Coniect. I. p. 144 sq. Porson. ad Hemsterhus. Plut. p. 576. et Buttmann. gr. gr. max. §. 86. p. 343. Pronomen μου iure ad τοῦ λόγου trahit Weiskius, quae dicendi ratio uti frequentissime reperitur, Cyrop. V, 3, 56. Ἐν μόνον παραλέλειπται τῆς ἐν νυκτὶ ἐπιμελείας αὐτοῦ et Platon. Theaet. §. 33. ed. Heindorf., ita etiamsi ab uno nomine duo Genitivi pendent, nihil habet insolentiae, vid. Hermann. ad Soph. Aiac. V. 54. Sed multis illa nominibus Schneidero suspecta fuisse, haec eius testabitur observatio: „*Xenophon* φροντίσαι τῆς ἀπολογίας *in Memorab. sect. 5, noster* σκοπεῖν περὶ τῆς ἀπολογίας *dixit sect. 5; at illa non dixisset, credo,* ἐπισκέπτεσθαι λόγον *vel* περὶ λόγου; *igitur* ἐπίσκεψις τοῦ λόγου *mihi Xenophonteum multo minus videtur esse.*" Atqui nemine offendente Memor. III, 6, 5. Ταῦτά γε οὐκ ἐπέσκεμμαι aliaque similia a Sturzio in Lex. Xen. collecta scribens cur formulam λόγον ἐπισκέπτεσθαι eo sensu, quo nos dicimus: *an eine Rede denken*, usurpare nequeat, iustam causam frustra exputo. Habemus quidem apud Xenophontem φροντίσαι τῆς ἀπολογίας, habemus vero etiam Mem. I, 1, 11. τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα atque §. 12. cap. 4. §. 17. περὶ τῶν τοιούτων φροντίζειν, sicut σκοπεῖν περί τινος et τὶ diverso tamen unumquodque significatu. Namque quod praeterea Schneid. scripsit, inepte hic Socratem repetere, quae multo

decentius idem Memor. IV, 8, 5. et 8. dixisset, hoc quam vim habeat, quorsumque spectet, nondum divinare potui. Nihil est enim magis consentaneum, quam ut causis allatis, quare diutius vivere nolit, eorum maxime respectu, quae §. 4. affirmaverat, de defensione sua meditanti daemonium obstitisse, pergat exponere, iure sibi Deos tunc repugnasse, quippe infelici futuro, si maiorem senectutem consequeretur. Consentit cum Plat. Apol. p. 40. a. b. Socrates Xenophonteus, licet contrarium ille videatur docere ἐμοὶ δὲ οὔτε ἐξιόντι ἕωθεν οἴκοθεν ἠναντιώθη τὸ τοῦ θεοῦ σημεῖον, οὔτε ἡνίκα ἀνέβαινον ἐνταυθοῖ ἐπὶ τὸ δικαστήριον, οὔτ' ἐν τῷ λόγῳ οὐδαμοῦ μέλλοντί τι ἐρεῖν· καί τοι ἐν ἄλλοις λόγοις πολλαχοῦ δή με ἐπέσχε λέγοντα μεταξύ, νῦν δὲ οὐδαμοῦ περὶ αὐτὴν τὴν πρᾶξιν οὔτ' ἐν ἔργῳ οὐδενὶ οὔτ' ἐν λόγῳ ἠναντίωταί μοι, et quae sequuntur. — ἡμῖν ἐδόκει) Weiskius: „Pro ἡμῖν scripsi ὑμῖν. Nequaquam enim convenit Socratis gravitati, ut dicat, se aliquando *omni ratione meditatum esse, qua oratione se a supplicio liberaret* callide, diserte, suaviter dicendo etc. Amici contra hoc ei suaserunt, ut e Platonis Phaedone et aliunde constat." Imo ἡμῖν innuit, Socrati quoque idem, quod amicis, aliquando visum, sed Deos adversatos fuisse. Nec supra §. 4. dicere potuit καὶ δὶς ἤδη ἐπιχειρήσαντός μου σκοπεῖν περὶ τῆς ἀπολογίας, cll. Mem. l. l. §. 5., nisi ipsi quoque supplicium quovis modo evitare aliquamdiu certum fuisset. ἐδόκει ὑμῖν receperunt Schneider. et Thurot. — δῆλον ὅτι ἡτοιμασάμην ἄν) Reuchl. Hal. Cast. Bryll. δηλονότι ἡτ. ἄν, Steph. 1. 2. Leoncll. Bach. δῆλον ὅτι ἑτοιμ. ἄν, et exempla recentiora δῆλον ὅτι ἡτ. ἄν. Primum se hanc diversitatem advertisse, miratur Aemil. Portus, poetis quidem ratus propter metrorum necessitatem ἑτοιμ. relinquendum esse, sed orationis solutae scriptoribus eandem licentiam non permitti. Nondum comperta habere ille potuit, quae paullo ante de ἠναντιοῦντο comparavimus, nec quae hanc in rem docuerunt Dorvill. ad Chariton. p. 445. L. Jacobs. ad Anthol. Pal. p. 454. et Poppo Praef. ad Cyrop. p. XXXVIII. Congruunt verba cum vernaculis: *ich würde mich offenbar gefasst gemacht haben*, quorum loco quis non videat dici etiam licuisse ἐκινδύνευσα ἄν? Neque fortasse minus sententia admittebat ἐλογισάμην, ἐφοβησάμην, ᾠήθην ἄν sexcentaque alia, nemo tamen propterea ineptum esse ἡτοιμασάμην ἄν credet. — εἰς ὃ πάντα τὰ χαλεπά) „Haec et talia, ait Schneiderus, Socrates iam septuaginta annos natus in senectutem dicere nec potuit nec debuit; Sophistam autem decent." Quid vero? si quis contra statuat, propter

id ipsum, quod senectutis, cuius initium veteres ad annum sexagesimum ponebant, vid. Cicer. de senect. cap. XVII. p. 118. ed. Gernh., incommoda sentiret Socrates, neminem ea melius exponere potuisse, et vero etiam debuisse, ut videlicet Hermogeni persuaderet, senectae molestiis mortem praeponendam esse. Et quid tandem aliud hic profert Socrates, quam quod §. 6. et Memor. IV, 8, 1. §. 8. iisdem paene verbis legimus? Talia si sophistis tantum conveniant, quaerere libet, num forte sophistas taxaverit Socrates etiam apud Plat. in Polit. I, 4., Cephalo senectutis commoda laudanti respondens: Ὦ Κέφαλε, οἶμαί σου τοὺς πολλούς, ὅταν ταῦτα λέγῃς, οὐκ ἀποδέχεσθαι, ἀλλ' ἡγεῖσθαί σε ῥᾳδίως τὸ γῆρας φέρειν οὐ διὰ τὸν τρόπον ἀλλὰ διὰ τὸ πολλὴν οὐσίαν κεκτῆσθαι, an sophistas tantum deceat de senectute hunc in modum conqueri: πρὸς γὰρ τὸ γῆρας, ὥςπερ ἐργαστήριον, ἅπαντα τἀνθρώπεια προςφοιτᾷ κακά. Τὸ γῆρας ὥςπερ βωμός ἐστι τῶν κακῶν· πάντ' ἔστ' ἰδεῖν ἐς τοῦτο καταπεφευγότα, quae cum Socraticis contendit Aem. Portus. Soph. Oed. Col. V. 1235.; τό τ' αὖ κατάμεμπτον ἐπιλέλογχε πύματον ἀκρατές, ἀπροςόμιλον, γῆρας ἄφιλον, ἵνα πρόπαντα κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ, ibique Brunck. quae chorus cecinit constans e senibus. Consulendi omnino Gnomm. poett. graec. ed. Brunck. et Schaef. p. 258 sq. p. 101. 306. et Henric. Steph. Comic. Graec. sentent. p. 40., inter alia etiam ad dialogum ablegans, cui nomen Axiochi §. 9. p. 132 sq., ubi Fischeri annotationes comparantibus neutiquam erit dubium, quin eiusmodi dicta, quae neque Plato neque Cicero refellere dedignati sunt, a Socratis persona minime abhorreant. Pergit Schneiderus: „Sequens membrum ἔρημα τ. εὐφρ. ineptissime additur, si refertur ad χαλεπά: sin ad πάντα, non minus inepte. An fuit ἐρημον, ut ad γῆρας referatur?“ Videntur tantum languere, quae aliquanto durius Xenophon ita ordinasset: εἰς ὃ συῤῥεῖ πάντα τὰ χαλεπὰ καὶ μάλα ἔρημα τῶν εὐφρ. Ad neutrum Adiectivum suspecta verba trahenda esse, patet ex omissione articuli denuo post χαλεπὰ inferendi, sed per se dicta eas res complectuntur, quae admodum vacuae sunt ab deliciis, sive potius bona, quibus carent senes, dum per πάντα τὰ χαλεπὰ mala intelliguntur, quibus iidem vexantur. *Senectus*, inquit Socrates, *non solum omnis generis malis obruitur, sed caret etiam voluptatibus, quibus sua quaeque aetas mala, ne dicam removeat, at certe obliviscatur quodammodo et minuat.* Quodsi ἔρημον scribatur vide ne in difficultates easdem,

quas Schneid. in vulgata deprehendit, scientes incidamus, nec potius reponendum sit *καὶ αὐτὸ μάλα ἔρημον ὂν τῶν εὐφ.*, i. e. quum iam per se sit vacua deliciis. Ceterum *συῤῥεῖ* si minus ad *ἔρημα τῶν εὐφρ.* quam ad *πάντα τὰ χαλεπὰ* quadrare censebitur, facile erit lectoribus, quum praegnantem dicendi rationem Graeci ament, aliud excogitare ex apposito verbum, quod sequenti quoque membro quam accuratissime respondeat.

§. 9. *ταῦτα οὐδὲ προσθ.*) Referunt ad *τὰ ἀποφευκτικά*, bene, nisi rectius supplebis *τὸ ζητεῖν τὰ ἀποφευκτικά*. Certe praeter necessitatem voci *οὐδὲ* Weiskius *νῦν* postpositum voluit. — *νομίζω τετυχηκέναι καλῶν*) Schneiderus: „recte Gesnerus vulgatum *καλῶς* [*καλ῀* non expressis ultimis literis habet Hal.] correxit, frustra obnitente Zeunio [et Weisk.] idque ipsum super *πολλῶν* scriptum exhibet Paris. B." Aliter tamen et Gailius: „*Νομιζω* (*καλων au dessus de πολλων effacé*) *τετυχηκεναι και παρα θεων* B." Mirum, quod Gesner. recepit *ὅσον νομίζω τ. καλῶς*, infra textum adnotata habens: *fort. melius ὅσων ν. τ. καλῶν.* Non iniuria *καλῶν* defenditur confirmatum praesertim a Reuchliniana; etenim subdubito, an Graeci nunquam dixerint *καλῶς τυχεῖν τινος*. Ceterum in animo Socrates habet, ut recte Weiskius, laudes ab Apolline et hominibus sibi concessas, de quibus loquitur disertius §. 14. et §. 17.

§. 10. *Οὕτως δὲ*) Non ausim tentare sibilum ad finem prioris vocis ob ea, quae dixi ad Symp. VIII, 35. III, 1. — *γνόντα αὐτὸν ἔφη εἰπεῖν· ἐπεὶ δέ*). Vulgo *γ. αὐ. ἔφη εἰπεῖν, ἐπειδή*, quae primus in suspicionem vocavit Leonclavius his verbis: „abundat verbum *εἰπεῖν* veluti quod ex sequentis *ἐπειδὴ* primis literis irrepsit. Itaque delendum, ac praesertim propterea, quod versu ab hoc tertio iusto loco ponatur, quum ait *παρελθόντα εἰπεῖν*." Sequuti eum sunt Gesner. Weisk. et Schneid., renitente Zeunio, cui ducibus Cast. Bryll. Hal. et Aretini interpretatione, quae totum illud membrum *Οὕτως* — *εἰπεῖν* nonnisi verbo *deinde* reddidit, plene potius post *εἰπεῖν* interpungendum videbatur, *ut haec verba ad praecedentia referrentur, continerentque formulam transeundi ad novum argumentum* etc. Contra Zeunii rationem quae Weiskius cum aliis disputavit, mihi quidem non satisfaciunt; primum enim aeque facile, opinor, *εἰπεῖν* ob seq. *ἐπειδὴ* obliterari atque irrepere potuit, ut servato *εἰπεῖν* codex Paris. B. *ἐπειδὴ* super lin. adscriptum habet; deinde vulgatam idem sonare, quod *οὕτως δὲ γνῶναι αὐτὸν ἔφη καὶ εἰπεῖν* nemo est, quin cognitum habeat; tertiae

denique difficultati, quam ab omissa nectendi particula repetunt, eo occurritur, ut pro ἐπειδὴ scribatur ἐπεὶ δὲ permutatione tam frequenti, nulla ut demonstratione egeat. Iis tamen, qui haec cum sqq. copulanda existimant, auctor sum, ut antiqua lectione revocata alterum εἰπεῖν ex more Graecorum derivent, quo verba dicendi, praesertim ubi alia plura interseruntur, ad nauseam usque iterare solent. De nomine ἀντίδικος, quo alias non usus est Xenophon, vide interprett. ad Aristoph. nubb. V. 778. p. 280. Tum Pariss. A. B. ὡς οὓς ἡ μὲν πόλις, de cuius positu particulae nonnulla memini me dicere ad Symp. II, 2. Accusatione ista nihil a vetustis scriptoribus crebrius commemoratur. Ad Memor. I, 1, 1. quae ab interpretibus congesta reperiuntur, his adnumerentur Auctor argumenti Isocr. orat. Bas. praefixi p. 362. Lang. Κατηγόρουν δὲ αὐτοῦ, ὡς ὅτι [vid. Bast. ad Gregor. Cor. p. 52.] καινὰ δαιμόνια εἰςφέρει τοῖς Ἀθηναίοις, λέγων δὴ σέβειν ὄρνεα καὶ κυνὰς καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ διὰ τοῦτο διαφθείρειν τοὺς νέους τοὺς μανθάνοντας. Perizon. ad Aelian. V. H. T. II. p. 99. Gronov. et Menag. ad Diog. Laert. II, 40. Omnium optime accusationi illusit Max. Tyr. IX. extrem. Ἀδικεῖ ὁ Ἀθηναίων δῆμος, οὓς μὲν Σωκράτης νομίζει θεούς, οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων Σωκράτης μὲν γὰρ νομίζει Ὀλύμπιον τὸν Δία, Ἀθηναῖοι δὲ Περικλέα, καὶ Σωκράτης μὲν πιστεύει τῷ Ἀπόλλωνι, Ἀθηναῖοι δὲ αὐτῷ ἀντιψηφίζονται. κ. τ. λ. Lacunam offert ed. Reuchlin. post τοὺς νέους, tanquam e codice, quem operis Reuchlinus excudendum tradiderat.

§. 11. Μελίτου) Genitivi huius exempla dabit Matthiae gr. gr. §. 373. p. 498 sq. *Melitus* in primariis Socratis accusatoribus numerandus magna apud populum auctoritate valebat teste Platone in Apol. p. 23. E. ἐκ τούτων καὶ Μέλιτός μοι ἐπέθετο καὶ Ἄνυτος καὶ Λύκων. Μέλιτος μὲν ὑπὲρ τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν πολιτικῶν· Λύκων δὲ ὑπὲρ τῶν ῥητόρων. V. Hindenburg. ad Mem. initium. μελήτου hic et in seqq. dant Reuchl. Hal. Cast. et Bryll. cum Pariss. A. B. de quo vid. in Levior. divers. lect. — ὅτι ποτὲ γνοὺς) Non tam ducta haec ex Memorab. initio, quam similem utrumque locum esse dixerim. Hic coram iudicibus causam suam ipse dicit Socrates, illic ut commodam introductionis materiem haberet, quae omnium lectorum scire intererat, Xenophon delibavit. Pro seq. κοιναῖς ἑορτ. codicis Paris. B. librarius scripserat καιναῖς ἑορτ., sed animadversum ipse vitium correxit, quod idem facere potuisset in verbis καὶ οἱ ἄλλοι, quae articulo temere privaverat. Prius illud καὶ ante ἐπὶ

τῶν δημοσ. collocatum ne otiosum putes, ad domestica sacra respectum habet, quae Socratem intra privatos parietes fecisse novimus e Mem. I, 1, 2. Ad ἠβούλετο non erat cur inscitiae Zeunius incusaret Simsonem ἐβούλετο reponentem, quum a neutrius formae usu Xenophon abstinuerit.

§. 12. ὅτι θεοῦ μοι φωνὴ φαίνεται). Ita scripsi cum Wyttenbachio ad Constant. laud p. 153. ed. Schaef. et Schneidero vestigia secutus tum librorum Pariss. A. B. ὅτι θεοῦ μου φωνὴ φαίνεται, tum ed. Reuchlin. ὅτι θεοῦ μενὸν φωνὴ φαίνηται, e quibus θεοῦ μέν μοι φ. aut θεοῦ μὲν ἡ φ. effici posset, nisi ibidem pro μὲν passim μενὸν scriptum esset, ut Hieron. IX, 1, 5. Verum iam Leonclavium vidisse, testatur eius commentarius, ubi „Rectius, inquit, reponendum θεοῦ μοι φωνὴ φαίνηται. Quippe nihil omnino sequitur, quod illi μὲν deinceps respondeat." Libri veteres habent θεοῦ μὲν φωνὴ φαίνηται, quem Coniunctivum primus removeri iusserat Gesnerus, non aeque illum probandum atque §. 13. ᾧ βούληται. Ceterum ut in hac Apologia δαιμόνιον per φωνὴν θεοῦ explicatur non dissentiente Platone Apol. p. 40. B. p. 41. D., ita in Memorab. I, 1, 5. et Plat. Apol. p. 33. C. nomen illud cum Deo et formula τὰ ὑπὸ θεοῦ φαινόμενα permutatur. — Pergit Xenophon καὶ γὰρ οἱ φθόγγοις οἰωνῶν κ. τ. λ., quibuscum comparari licet Memor. I, 1, 3. Ὁ δὲ οὐδὲν καινότερον εἰςέφερε τῶν ἄλλων, ὅσοι μαντικὴν νομίζοντες οἰωνοῖς τε χρῶνται καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις καὶ θυσίαις. Schneiderus tamen: „*Auctor θυσίας Xenophontis*, ait, *non extispicinam interpretatur, uti par erat, sed vaticinationem: hinc deinceps μάντεις nominat, aruspicina plane omissa.*" Num igitur tam stultum, tamque a sacrorum offerendorum ritu remotum fuisse huius libelli auctorem putabimus, ut quid θυσία, quid μαντικὴ esset, non amplius neque oculis cernere, neque fando posset audire? An fieri potest, ut vel in extispicina vel in aruspicina v o x divina, de qua sola hic Socrates agit, percipiatur? Vocem enim, quam aves, homines, fulgura et Pythiam merito dicas edere, non perinde opinor exta exhibebunt. Nimis denique nomen θυσία urgenti cur non obiiciamus, vocabulum μάντις non tantum *vatem* sed etiam *haruspicem* designare? de qua significatione dubitari vetant, quae collegerunt Sturz. L. X. T. III. p. 81. et Dorville ad Charit. p. 605. Lips. — φωναῖς δήπου τεκμ). De verbi τεκμ. constructione praeter Matthiae gr. gr. §. 401. p. 542. inspicere iuvabit Baehr. in Creuzer. Mell. critt. f. III. p. 31. not. Manu scripti libri Pariss. A. B. φωναῖς δήπου τεκμαίρωνται βρονταῖς δὲ ἀμφ., etiam Cast.

Reuchlin. Hal. et Bryll. βρονταῖς δὲ, contra Steph. 1. 2. Leoncll. 1. 2. 3. et Bach. βρονταῖς μὲν, unde βροντὰς μὲν Ernestius, Weisk. et Gail., Βροντὰς ἀμφιλ. Thurot. et βροντὰς δὲ rectius Gesnerus cum Aretini interpretatione serioribusque editoribus rescripserunt, dativum e praegressis falsa interpunctione huc irrepsisse omnibus existimantibus. Casu factum videtur, quod in nonnullis exemplaribus Stephaniano prioribus legitur ἀμφιλέξει τίς, si mutatione opus esset, aliquanto exquisitius, quam quod Schneidero placuit τίς ἀμφιλέξει; Tum Paris. A. εἰ δὲ πυθοῖ ἐν τῷ τρίποδι, B. εἰ [super lin. ἢ] ἐν τῷ τρίπ. ac si Πυθοῖ omisisset. Antea οἰωνηστήριον Cast. Hal. et Bryll. De accentu vocis ἱέρεια vid. Lobeck. ad Phryn. p. 165. 456. et Arcad. de Accent. p. 95.

§. 13. καὶ τὸ προειδέναι). Supra scriptum καὶ in Paris. B.; προσημένειν Reuchl., unaque cum editionibus ῷ βούληται. Indicativus, quem ante Schneiderum receperat Schaeferus, auctoritate membranarum Pariss. A. B. nititur, neutiquam ille absonus. Memor. II, 1, 14. καὶ ὅπλα κτῶνται, οἷς ἀμύνωνται τοὺς ἀδικοῦντας, cuius modi rationem contra Ernestium defendisse sibi visus erat Heindorf. loco Soph. Oed. Tyr. V. 170. οὐδ' ἔνι φροντίδος ἔγχος, ᾧ τις ἀλέξεται, apud Xenophontem daturus, sine dubio ἀμυνοῦνται. Electr. V. 761. Herm. οὐδὲ γὰρ κακῶς πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προσγίγνεται. Antig. V. 666. Aiac. V. 1052 sq. Herm. Monk. ad Eurip. Alcest. V. 76. Elmsley ad Med. V. 503. Plutarch. Ages. XII. ἀφ' ἧς δ' ἡμέρας σεαυτὸν ἀξιώσῃς [nonne ἀξιώσεις?] Ἑλλήνων φίλον καὶ σύμμαχον μᾶλλον ἢ δοῦλον λέγεσθαι βασιλέως, ταύτην νόμιζε τὴν φάλαγγα etc. Poppo Observatt. ad Thucyd. p. 143 sqq. de Elocut. Thuc. p. 141. et Heind. ad Platon. Protag. §. 87. p. 592. In diversas partes abierunt interpretes Memor. I, 6, 18. ὅς τις δέ, ὃν ἂν γνῷ εὐφυᾶ ὄντα — φίλον ποιεῖται, Indicativum ex aliquot libris Schneidero adsciscente et ποιῆται tuentibus Matthiae gr. gr. p. 752. et Creuzer. ad Bekker. spec. in Philostr. vit. Apollon. p. 43 sq. Plat. Alcib. I, p. 134. ᾧ γὰρ ἐξουσία μὲν ᾖ ποιεῖν ὃ βούλεται, νοῦν δὲ μὴ ἔχῃ, τί τὸ εἰκὸς συμβαίνειν etc., ubi vid. Buttmann. p. 172. Nihil contra offensionis habent Mem. II, 1, 21. ἀποροῦντα, ὁποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται. §. 23. ἀποροῦντα ποίαν ὁδὸν ἐπὶ τὸν βίον τράπῃ. §. 30. διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν, ὅτι ποιῇς, ὕπνου ἐπιθυμεῖς. Anab. I, 7, 7. ὥςτε οὐ τοῦτο δέδοικα, μὴ οὐκ ἔχω, ὅ τι δῶ ἑκάστῳ τῶν φίλων, ἂν εὖ γένηται, ἀλλὰ μὴ οὐκ ἔχω ἱκανούς, οἷς δῶ. Ibid. II, 4, 19. οὐδὲ γάρ, ἂν πολλαὶ γέφυραι ὦσιν, ἔχοιμεν ἄν, ὅποι φυγόντες ἡμεῖς σωθῶμεν, Stephanus

cum Pariss. A. B. σωθείημεν edidit. Apud Isocrat. Evag. 21. σκοπουμένοις, ὅπως ἀπαλλάξωσι habent codices, ut Busir. 17. p. 380. ἀποροῦσι δὲ ὅπως ποιήσωσι et Paneg. 41. οὐκ ἀποροῦντες, ὅθεν ἐπισκευάσωσιν, sed Langius temere ἀπαλλάξουσι reposuit. Infra §. 15. φροντίζω πότερα θεόν σε εἴπω ἢ ἄνθρωπον. Nullo igitur modo tentanda sunt Porsono praeeunte Thucyd. II, 52. οὐκ ἔχοντες ὅ τι γένωνται apud Blomfield. ad Aesch. Prometh. V. 940., aut Xenoph. de Venat. VIII, 3. Πολλὰ δὲ πλανᾶται ὁ λαγὼς ἀπορούμενος, ὅπου κατακλιθῇ, ubi frustra dubitant, an κατακλιθείη ἂν praestet. De adnotatione Poppon. ad Cyrop. II, 2, 25. non ab omni parte vera alias dicetur. — ἀλλ' οἱ μὲν οἰωνούς) Vide Gronov. Thesaur. T. VI. p. 3748 sqq., de φήμαις praeter L. X. et not. ad Symp. IV, 48. Wakef. ad Soph. Trach. V. 1152. et Wyttenbach. ad Plutarch. p. 642 sq., nec non de reliquis auguriorum generibus Schneider. ad Mem. I, 1, 3. interpretes ad Aristoph. Av. V. 719 sqq. et, quem laudavit Thurot., Spanheim. ad Callim. Hymn. in Pallad. V 123. — ὀνομάζουσι τοὺς προσημαίνοντας εἶναι) Leonclavius: „Mutila sunt ista μάντεις ὀνομάζουσι τοὺς προσ. εἶναι, quae quidem ita rectissime quis expleverit, τοὺς προσημαίνοντας ἃ δεῖ εἶναι. Periit enim ἃ, quum esset in ultima syllaba vocabuli praecedentis et δεῖ propter adfinitatem cum initio sequentis εἶναι. Vidi postea coniecturam H. Stephani scribendum existimantis προσημαίνοντάς τὰ μέλλοντα εἶναι. Sed ut illud μέλλοντα difficilius omitti potuit a librariis, veluti nec praecedenti voci nec sequenti simile; sic etiam difficilius prae illo nostro rursus admittendum videtur." Minore cum mutatione ista restitui posse putabat Aem. Portus legendo τοὺς προσημαίνοντάς τι εἶναι, h. e. *qui aliquid fore [?] praedicunt*. Necquidquam in loco sanissimo haesisse viros illos, et Bachius et sequentium interpretum nullus non perspexit ablegatis lectoribus ad Platon. Protag. C. 7. p. 470. Heind., cui accedant Heindorf. ad Plat. Theaet. §. 45. p. 344. Thurot. ad h. l. et Reiz. ad Viger. p. 750 sq. — ὥς γε μὴν) Uberius de his agitur in Memor. I, 1, 4 sq., mox Paris. A. καὶ τούτου ἔχω τεκμ. — πολλοῖς δὴ) Sic etiam Anabas. III, 1, 2. ἐν πολλῇ δὴ ἀπορίᾳ ἦσαν οἱ Ἕλληνες, neque improbandum Cyrop. I, 4, 27. ἐκπεπλῆχθαι πολύν δή τινα χρόνον ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ Κύρου, ut patet ex Heindorf. observat. ad Plat. Phaedon. §. 132. p. 224. et 220.

§. 14. ταῦτ' ἀκούοντες) Sic Paris. A. pro ταῦτα ἀκούοντες, deinde ἐθορύβησαν requiri pro Imperfecto existimans Schneiderus non perpendit, praegressum esse

ἀκούοντες et diuturnitatis notionem tempori imperfecto inesse, ut nihil dicam de utriusque linguae usu, ex quo permulti Imperfectum Aoristi vicem sustinere posse statuunt, ut Hermann. de emend. rat. gr. gr. p. 243. Matthiae gr. gr. §. 505. p. 705. Poppo de Elocut. Thucyd. p. 155. et Hermann. ad Soph. Aiac. V. 1105. p. 139. Tum Cast. et Bryll. φρονοῦντες, male. — ἄγε δή.) Bach. „De δή v. ad Oecon. I, 18. "Αγε autem pro ἄγετε h. l. positum, uti ap. Lat. *agedum* pro *agite dum.*" Posteriora rectius disputata, quam quod a se ad Oecon. l. l. notata, quae huc non pertinent, conferri iussit Cyrop. V, 3, 4. "Αγε δή, ἔφη, τὰ τῶν θεῶν ἀποδόντες τοῖς μάγοις — δότε αὐτῷ, ubi pro ἄγε δή quoniam in libris deterioribus ἴτε δή scriptum est, quo minus **illud** genuinum sit, praeter alia de Fischeri sententia obstat etiam *usus loquendi Xen., qui formula ἄγε δή de pluribus uti, quod sciam, non solet.* Ac ne in medium proferam Cyrop. V, 5, 15. "Αγε τοίνυν, ἔφη ὁ Κῦρος, σκοπῶμεν τὰ ἐμοὶ πεπραγμένα, quia cum uno Cyaxare Cyrus loquitur, nec Hellen. VI, 1, 4. p. 338, ubi itidem duorum inter se colloquium enarratur, noli dubitare, quin Cyrop. IV, 2, 47. "Αγε δή — πέμψατε membranae praestantissimae teneant, et optimi scriptores singularem numerum, quamvis ad multos loquantur, adverbii instar adhibuerint. Vid. Dorville ad Chariton. p. 358. Lips. et Jacobs. ad Anthol. Palat. p. 37. Idem valet de formula εἰπέ μοι, quam ad plures dictam exemplis adstruxerunt Heindorf. ad Platon. Euthyd. §. 29. p. 337. et Elmsl. ad Aristoph. Acharneus. V. 328. — ἀπιστῶσι τῷ ἐμὲ τετιμῆσθαι ὑπὸ δαιμόνων) Attigit locum Matthiae gr. gr. §. 540. p. 777. Non contentus editor novissimus iis, quae Gesnerus animadverterat, ex his verbis consilium Socratis iudices irritandi aut potius irridendi aperte elucere, causam ineptiorem fingi posse negat, cur narrationem de Chaerephonte scriptor subiunxerit, ἀπιστῶσι interpretatus: *quo magis etiam admiremini et quasi re incredibili stupeatis.* Enimvero caute dixit Socrates οἱ βουλόμενοι ὑμῶν, eos tantum taxans, qui antea audiebant οἱ ἀπιστοῦντες τοῖς λεγ. In prima sectione ἑαυτῷ ἡγεῖτο αἱρετώτερον εἶναι τοῦ βίου θάνατον, atque secundum Ciceron. de Orat. I, 54. ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, *ut non supplex aut reus sed magister aut dominus videretur esse iudicum.* Neque vero prius, quid Chaerephon acceperit, commemoratur, quam iudicum obfirmatam et inexorabilem mentem e strepitu, quem fecerant, cognovisset. Sensus potius est: *quodsi cognoveritis, quae Delphicum oraculum de me*

pronuntiavit, minus etiam credetis, me a Diis prae ceteris honoratum esse. Apud Platonem in Apologia cum alibi saepe tum eo ipso loco, qui cum nostro conferendus est, ut non tumultuentur iudices, postulat Socrates p. 21. A. (§. 5. Fisch.) καὶ δή ποτε καὶ εἰς Δελφοὺς ἐλθὼν [Χαιρεφῶν] ἐτόλμησε τοῦτο μαντεύσασθαι — καὶ ὅπερ λέγω, μὴ θορυβεῖτε, ὦ ἄνδρες, — ἤρετο γὰρ δὴ εἴ τις ἐμοῦ εἴη σοφώτερος· ἀνεῖλεν οὖν ἡ Πυθία μηδένα σοφώτερον εἶναι· καὶ τούτων πέρι ὁ ἀδελφὸς ὑμῖν αὐτοῦ οὑτοσὶ μαρτυρήσει, ἐπειδὴ ἐκεῖνος τετελεύτηκε. Cf. Ast. *Platons Leben* p. 479. Si videt reus, nolle se iudices audire, et tamen pergit non modo aures eorum obtundere, sed etiam animos magis irritare, quid facit aliud, quam quod Xenophonti Schneiderus condonare nequit? Omnino litigari potest, Plato magis an Xenophon superbientem Socratem et ferocientem induxerit, cf. Plat. Apol. p. 30. A. et E. ἐὰν γάρ ἐμὲ ἀποκτείνητε, οὐ ῥαδίως ἄλλον τοιοῦτον εὑρήσετε κ. τ. λ. *Chaerephontis* mentionem passim fecerunt veteres, vid. interprett. Aristoph. nubb. V. 104. 503. Av. V. 1571. et Orelli Epist. Socrat. p. 150. — ἐπερωτῶντος) „*Athenaeus* p. 218. *laudat ex h. l. rectius* ἐπερωτήσαντος, *deinde* ὑπὲρ *pro* περὶ. [itemque ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων, πολλῶν παρόντων μηδένα εἶναι ἀν. ἐμοῦ μήτε δικαιότ. μήτε σωφρ.] *Qui vulgatam defendit, deinceps* ἀναιρεῖ *scribere etiam debet. Praeterea* τὸν θεὸν *additum oportuit.*" Hactenus Schneiderus. Quod Athenaeus pro περὶ habet ὑπὲρ, neminem morabitur, qui utriusque praepositionis confusionem, quam frequens sit in libris manu exaratis, inter alios a Matthiaeo ad Eurip. Orest. V. 1303. didicerit, sed ne altera quidem lectio quantumvis bona me adducit, ut ἐπερωτῶντος mutandum censeam. Etenim propter appositum ποτέ, cui Gesnerus temere τότε suffecit, neque participium praesentis quidquam habet offensionis, et ἀνεῖλεν de re subito praeterita non potuit non usurpari. Simili de causa Symp. IV, 63. Ἔναγχος δὲ δήπου καὶ πρὸς ἐμὲ ἐπαινῶν τὸν — ξένον — συνέστησάς μοι αὐτὸν Aoristum ἐπαινέσας evitavit. Anab. VII, 6, 4. Ἐρωτώντων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων τίς ἀνὴρ εἴη Ξενοφῶν, ἀπεκρίνατο. Cf. ibid. §. 12. et quae ad §. 4. diximus. Porro τὸν θεὸν si adesset, magnopere mirarer, quum et ἐν Δελφοῖς adsit et ὁ Ἀπόλλων subsequatur. Quodsi ad scripturae bonitatem tuendam non sufficiunt verba Memor. I, 1, 9. δαιμονᾶν δὲ καὶ τοὺς μαντευομένους ἃ τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκαν οἱ θεοὶ μαθοῦσι διακρίνειν· οἷον εἴ τις ἐπερωτῴη, πότερον ἐπιστάμενον ἡνιοχεῖν ἐπὶ ζεῦγος λαβεῖν κρεῖττον ἢ

μὴ ἐπιστάμενον. Oecon. V, 19. et de Vectig. VI, 3, certe praeter Herodt. V, 82. alio, opinor, teste nihil opus erit: περὶ ταύτης ὧν τῆς συμφορῆς οἱ Ἐπιδαύριοι ἐχρέωντο ἐν Δελφοῖσι· — ἐπειρώτεον ὧν οἱ Ἐπιδαύριοι [nempe ἐν Δελφοῖς], πότερα χαλκοῦ ποιέονται τὰ ἀγάλματα, ἢ λίθου· ἡ δὲ Πυθίη οὐδέτερα τούτων ἔα, ἀλλὰ ξύλου ἡμέρης ἐλαίης. — μηδένα εἶναι) Cuius interest oraculum ab Apolline editum cognoscere, adeat interpretes ad Platon. Apol. l. l. Ducker. ad Aristoph. nubb. V. 144. Davis. ad locum Max. Tyr. Diss. IX, 1. p. 150.: Σωκράτην δὲ τὸν μηδὲ τῷ Ἀπόλλωνι παρασχόντα ἀμαθίας αἰτίαν — οὔπω καὶ νῦν πεπαῦσθαι συκοφαντούμενον καὶ εὐθυνόμενον, ἀλλὰ πικροτέρους αὐτῷ εἶναι τοὺς ἐπιγιγνομένους ἀεὶ καὶ τοὺς συκοφάντας Ἀνύτου καὶ Μελίτου καὶ τοὺς δικαστὰς Ἀθηναίων τῶν τότε, aperte corruptum, quem levissima mutatione facta integritati suae restituam scribendo ἀεὶ καινοὺς συκοφάντας. Menag. ad Diog. Laert. Lib. II, 37. Allat. ad Epp. Socrat. 15. p. 221. et Gernhard ad Ciceron. de senect. XXI, 78. p. 148. — μήτε σωφρονέστερον) Frustra in eo laborarunt Ernesti, Gesner. et Weisk., ut μήτε σοφώτερον interserendum fuisse ostenderent: non enim, si quis accuratius §. 16. perpendat, quatuor sed tres tantum virtutes explicari, verissime perspiciens Schneiderus „Ad ἐλευθεριότητα, pergit, pertinet primum μὴ δουλεύειν ταῖς ἐπιθυμίαις, deinde παρ' οὐδενὸς οὔτε δῶρον οὔτε μισθὸν δέχεσθαι. Sequitur δικαιοσύνης explicatio; tertia σοφία nominatur, unde apparet, σωφροσύνην eandem esse, quae σοφία etiam a Xenophonte interdum dicitur.“ Audi hac de re ipsum Xenoph. in Memorab. III, 9, 4. Σοφίαν δὲ καὶ σωφροσύνην οὐ διώριζεν, ἀλλὰ τὸν τὰ μὲν καλά τε καὶ ἀγαθὰ γιγνώσκοντα χρῆσθαι αὐτοῖς, καὶ τὸν τὰ αἰσχρὰ εἰδότα εὐλαβεῖσθαι σοφόν τε καὶ σώφρονα ἔκρινε. Audacter igitur Weiskius edidit ἐμοῦ μήτε σωφρονέστερον μήτε ἐλευθ. μήτε δικαιότ. μήτε σοφώτερον.

§. 15. εἰκότως ἐθορύβουν) Iussu membranarum Pariss. A. B. hunc ordinem inverso ἐθορ. εἰκότως praetulit Schneid. lectore tamen nihil monito, — φροντίζω) „Oraculum illud refert Herodotus I, 65. sic: Ἥκεις, ὦ Λυκόοργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν, Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι. Δίζω, εἴ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἢ ἄνθρωπον· ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόοργε. Cf. Plutarch. in Lycurg. cap. 5.“ Zeune. Idem narravit Valer. Max. V, 3, 2. Proxime sequens εἴκασεν ne quis Atticistarum praeceptis, quae habes apud Brunck. et Beck. ad Aristoph. Nubb. V. 349. et Buttmann. gr. gr. max. §. 84. p. 328., obsecutus corruptum

existimet, audiendi sunt Matthiae ad Eurip. Phoeniss. V. 162. et quos laudavit Poppo de Elocut. Thucyd. p. 226 sq. Tum Pariss. A. B. ἀνθρώπων δὲ πολλῶν πρ. mendose tam propter oppositionis leges sensumque, qui post §. 14. μηδένα εἶναι ἀνθρώπων ἐμοῦ — ἐλευθεριώτερον poscit πολλῷ, quam quod non insolens est, adverbium hoc cum tali verbo, quale est προκρίνειν, iungi, ut Anabas. I, 4, 14. τῶν ἄλλων πλέον προτιμήσεσθε στρατιωτῶν ὑπὸ Κύρου. ap. Diodor. Sic. II, 39. τῇ δὲ τοῦ σώματος ῥώμῃ καὶ ἀλκῇ πολλῷ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διενεγκεῖν H. Steph. Thesaur. T. III. p. 481. E. — μηδὲ ταῦτ' εἰκῇ Paris. A.

§. 16. ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις) Schneider. „*Inepte dixit, quae Xenophonti sunt e Platone αἱ διὰ σώματος ἡδοναί.*" Dicere debebat αἱ διὰ τοῦ σώματος ἡδ., sed articulum neglexit etiam, unde sua hauserat vir eruditus, Lexicon Xenophonteum. De ceteris, quae impugnantur, iis, quae in Epilogo Cyrop. p. 93. notavi, addas necesse est Schneider. ad Memorab. IV, 5, 3. Hellen. IV, 8, 22. Platon. Phaedon. §. 30. p. 45. H. καὶ γὰρ πολέμους καὶ στάσεις καὶ μάχας οὐδὲν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα καὶ αἱ τούτου ἐπιθυμίαι. Phileb. 71. p. 35. H. Σώματος ἐπιθυμίαν οὔ φησιν ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος γίγνεσθαι. Platonis auctoritate carent verba Epp. Socratt. 14. p. 21. Or. τῶν τοῦ σώματος αἰτημάτων καταφρονεῖ, μὴ δουλούμενος ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς, ubi quae praecedunt νῦν γὰρ θάνε καὶ 'Ολύμπια καὶ πᾶσα πανήγυρις, ἐπειδὴ ἀποδημεῖν μέλλομεν εἴς τι χωρίον κρεῖττον nescio an ita refingam νῦν γάρ, ὦ τάν, καὶ 'Ολύμπια. — οὔτε μισθὸν δέχομαι) „Et tamen, inquit Bach., ne sic quidem effugere calumniam potuit, quum hoc ei criminis inimici impingerent, ὡς χρήματα ἐπράττετο παιδεύων, Plat. Apol. Socr. sect. 4, quomodo eundem in comoedia traduxit Aristoph. nub. 98. Defenditur a Xen. tum hic tum alibi, Platone in Protagora, Apologia multisque aliis in locis, v. Spanhem. ad Aristoph. l. c." et notata ad Symp. I, 5. Sequentem Optativum νομίσαιτε pro νομίσητε Schneiderus revocavit praeeunte Schaefero in Melett. critt. p. 98, qui loco alia etiam ratione, videlicet νομίσετε scribendo, quod prima manus in Paris. B. exhibet, succurri posse statuit. Simillima saltem habes apud Isocrat. Evag. 25. p. 328. Lang. τίνα ἂν εὑρήσομεν; aliaque plura in Dissert. de gem. Cyrop. recens. p. 25. Heindorf. ad Plat. Phaedr. §. 1. p. 189. Bekkeri spec. in Philostr. vit. Apoll. p. 106. et Aristoph. T. VIII. p. 565. Praestare puto Optativum, quem explicarunt praeter nos l. l. p. 51. Matthiae gr. gr. §. 516. p. 729.

731. Poppo de Elocut. Thucyd. p. 138. et Schaef. ad Brunck. poett. gnomm. p. 195. — ἐξ ὅτου περ — ἠρξάμην) Hic quoque repentinus a tertia ad primam personam transitus exquisitior et insolentior mihi videtur esse, quam ut ab homine grammaticae praeceptis adhaerente profectum putem. Reuchlin. Hal. Cast. et Bryll. ἐξότουπερ ut §. 27. Cast. cum Bryll. ἴστε ὅτι ἐξότουπερ. Meminit loci Jacobs ad Achill. Tat. p. 442. Postea Paris. A. pro διέλιπον praebet διέλειπον rectius, ut arbitror.

§. 17. ἐκ πάντων) Duram nuncupat formulam adversarius, sive pro ἐκ παντὸς τρόπου ut §. 8. sive pro ἐκ πάντων ἀνθρώπων μάλιστα ἐμοὶ dictam accipias. Verto simpliciter: *prae omnibus mecum malunt quam cum aliis consuescere*: *vor allen wollen sie mit mir umgehen.* Minus fortasse huc quadrant verba Eurip. Bacch. V. 189. Matth. ἀλλ' ἐξ ἁπάντων βούλεται τιμὰς ἔχειν, Hercul. Fur. V. 481. πῶς ἄν, ὡς ξουθόπτερος μέλισσα, συνενέγκαιμ' ἂν ἐκ πάντων γόους, εἰς ἓν δ' ἐνεγκοῦσ' ἀθρόον ἀποδοίην δάκρυ; Herodot. V, 87. δεινόν τι ποιησαμένας κεῖνον μοῦνον ἐξ ἁπάντων σωθῆναι, Soph. Oed. Col. V. 806. ἄνδρα δ' οὐδὲν οἶδ' ἐγὼ δίκαιον, ὅστις ἐξ ἅπαντος εὖ λέγει, quam Lucian. Piscat. 22. p. 591. Reitz. ὑμεῖς δὲ προελόμενοί τινα ἐξ ἁπάντων, ὅστις ἄριστα κατηγορῆσαι [f. κατηγορήσειν] ἂν δοκῇ, ξυνείρετε τὴν κατηγορίαν καὶ διελέγχετε et Isocrat. Euthym. §. 9. p. 704. ἐγκαλεῖν μὲν γὰρ ἔξεστιν ἐξ ἁπάντων ἐκλεξάμενον. Nam vitio laborant Cyrop. II, 2, 26. ἀλλ' ὥσπερ ἵππους, οἳ ἂν ἄριστοι ὦσι, καὶ οὐχ οἳ ἂν πατριῶται, τούτους ζητεῖτε, οὕτω καὶ ἀνθρώπους ἐκ πάντων, οἳ ἂν ὑμῖν μάλιστα δοκῶσι συνισχυριεῖν τε ὑμᾶς καὶ συγκοσμήσειν, τούτους λαμβάνετε. Iunt. Ald. Wech. Lovan. Hal. Bryll. Arg. Cast. ὦσιν οὐχὶ ἂν πατρ., Steph. 1. 2. Leoncll. 1. 2. 3. Hutch. Eton. Schneid. ὦσιν, οὐχ οἳ ἂν π., verum quoniam plus ponderis tribuendum membranis Guelf. Pariss. Vatican. et marg. Victor., quibus ducibus Zeunius ὦσι, καὶ οὐχὶ π. textis intulit, lectioni Stephanianae non dubitavi καὶ praeponere. Mutatum enim οὐχ οἳ in οὐχὶ effecit, ut ἂν deleretur. Verbis autem ἐκ πάντων quod Guelf. Pariss. Vatican. margg. Vill. Victor. et Philelph. consensu adiiciunt ἀνθρώπων, ferri posse nego propter anteced. ἀνθρώπους. Scripsit sine dubio Xen. οὕτω καὶ ἐκ πάντων ἀνθρώπων. Quam absonum est enim, quod Zeunius suspicatur, addito ἀνθρώπων nomine carere voluisse glossatorem, ne quis ἵππων cogitando suppleret. Imo aut ἂν paullo ante obliteratum, aut concinnitas, quam vocant. — Praegrediuntur enim verba

ὥσπερ ἵππους — geminae lectionis monstrum pepererunt. Miror vero etiam articulum τῶν, quem ante ἀνθρώπων intrudere Weisk. ausus est, a novissimis editoribus retentum in his Cyrop. VIII, 7, 23. εἰ δὲ ἐς ἀλλήλους ἄδικόν τι φρονήσετε, ἐκ πάντων ἀνθρώπων τὸ ἀξιόπιστοι εἶναι ἀποβαλεῖτε. Homer. Odyss. II, 433. ἐκ πάντων δὲ μάλιστα Διὸς γλαυκώπιδι κούρῃ. Cf. si tanti est, ἐκ παντὸς apud Perizon. ad Aelian. V. H. II, 4. p. 75. Gron., διὰ παντὸς Schaef. Apollon. II. p. 274. et διὰ πάντων Cyrop. II, 4, 2. Non magis probem, quae statim ad verba πάντας εἰδέναι — ὅμως πολλοὺς ἐπιθυμεῖν observarit editor, ne vinculis suis ambo membra carerent, interserendum fuisse πάντας μὲν εἰδέναι — ὅμως δὲ π. Nihil in his novi extricare possum, nisi quod Xenophon vulgatae posthabuit scripturam εἰδότας — ὅμως. Quemadmodum nemo offendit, si quis in familiari sermone latine loquentem audierit: *omnes sciunt, me accepta referre non posse, tamen multi me donare cupiunt*, vid. Ernest. Clav. Cic. s. tamen, sive vernacula lingua: *alle wissen, dass ich ihre Geschenke zu erwiedern nicht im Stande bin, dennoch wünschen Viele mich zu beschenken*, pro quo dicendum erat, etsi omnes sciunt — tamen cupiunt, sic similia ex Graecis scriptis exempla aliis conquirenda relinquo, certissime persuasum habens, nec Xenophonte nec aliis bonae notae scriptoribus indignum hoc dicendi genus esse. Interim cf. Plat. Charmid. p. 173. a. Porro reprehendit Schneiderus Optativum ἔχοιμι particula ἂν destitutum, quam alias post ἥκιστα inferre non dubitasset, credo, iniuria, quum sensus sit: *omnes sciunt, talem me haberi, qui omnium minime accepta referre possim*. Cf. Reisig. ad Oed. Col. V. 941. Gemina exempla sponte se offerunt Oecon. I, 17. οὓς ἐγὼ ὁρῶ τοὺς μὲν καὶ πολεμικὰς, τοὺς δὲ καὶ εἰρηνικὰς ἐπιστήμας ἔχοντας, ταύτας δὲ οὐκ ἐθέλοντας ἐργάζεσθαι, ὡς μὲν ἐγὼ οἶμαι, δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι δεσπότας οὐκ ἔχοιεν, ubi fuerunt qui postrema e sequentibus conflata esse scribendumque putarent δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ δεσπότας μὴ [quidni οὐκ?] ἔχειν. Cyrop. IV, 2, 4. Οἱ δὲ πεμφθέντες λέγουσι Κύρῳ, ὅτι μισοῖέν τε τοὺς Ἀσσυρίους δικαίως, νῦν τε, εἰ βούλοιτο ἰέναι ἐπ' αὐτοὺς, καὶ σφεῖς σύμμαχοι ὑπάρξοιεν καὶ ἡγήσοιντο, non erat cur ὑπάρχοιεν vulgare appellaret Schneiderus, vett. edd. cum Steph. 1. 2. et Leoncll. ὑπάρξειαν καὶ ἡγήσαιντο tuentibus. Variat scriptura ibid. III, 2, 30. ἢν δὲ μὴ λαβωμεν, εἰσόμεθα, ὅτι οὐδεμίαν αὐτῷ χάριν ὀφείλομεν inter id quod posui et inter ὀφείλοιμεν ab librorum fide commendatum. Anabas. I, 6, 3. γράφει ἐπιστολὴν παρὰ βασιλέα, ὅτι ἥξοι

ἔχων ἱππέας ὡς ἂν δύνηται πλείστους. Memor. II, 6, 13. ἀλλ' ἤκουσα μὲν, ὅτι Περικλῆς πολλὰς ἐπίσταιτο, ἃς ἐπᾴδων τῇ πόλει ἐποίει αὐτὴν φιλεῖν αὐτόν, quae verba eo excusari posse ratus Schneiderus, ut ἤκουσα μὲν λεγόντων, ὅτι Π. intelligantur, immemor fuit eorum, quae iam pridem contra monuerat Matthiae in Miscellan. philol. Vol. II. P. I. p. 53 sq. Cyrop. I, 3, 17. λέγων ὅτι — οὕτω δέοι ποιεῖν et de Thucyd. II, 5. λέγοντες ὅτι — δράσειαν disseruit Poppo de elocut. Thucyd. p. 145. Cf. not. ad §. 5. Non igitur assentior Heindorfio ad Plat. Protag. §. 82. p. 584 sq. dubitanti, an in verbis Platonicis Ὁ οὖν Σιμωνίδης — ἔγνω, ὅτι εἰ καθέλοι τοῦτο τὸ ῥῆμα ὥσπερ εὐδοκιμοῦντα ἀθλητὴν καὶ περιγένοιτο αὐτοῦ, αὐτὸς εὐδοκιμήσει τοῖς τότε ἀνθρώποις Dativus aeque et Optativus Aoristi non sit genuinus; castum enim satis, opinor, vindicabunt, quae Matthiae ad Eurip. Hecub. V. 590. congessit. — Supra Paris. A. ἐκεῖνον δὲ τί φήσυμ duabus literis erasis et αι super υ adscripto.

§. 17. ἐμοί τι δωρεῖσθαι) Diog. Laert. II, 24. καὶ ποτε Ἀλκιβιάδου (καθά φησι Παμφίλη ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν ὑπομνημάτων) διδόντος αὐτῷ χώραν μεγάλην, ἵνα οἰκοδομήσηται οἰκίαν, φάναι, Καὶ εἰ ὑποδημάτων ἔδει, βύρσαν μοι ἐδίδους, ἵν' ἐμαυτῷ ὑποδήματα ποιησαίμην; καὶ καταγέλαστος ἂν ἦν λαβών ibique Menage. Ultimum illud καὶ vereor ne iniquo infertum loco post ἔδει inserendum sit. Aristot. rhetor. II, 22. Διὸ Σωκράτης οὐκ ἔφη βαδίζειν ὡς Ἀρχέλαον, ὕβριν γὰρ ἔφη εἶναι τὸ μὴ δύνασθαι ἀμείβεσθαι ὁμοίως εὖ παθόντα, ὥσπερ καὶ κακῶς. Seneca de Benef. I, 8. *Socrati quum multa multi pro suis quisque facultatibus offerrent* etc. Conferri iubet Schneid. etiam ad segm. 31. Diog. Laert. et Libanii Apol. T. III. p. 59. cuius locum pridem Laertii interpretes emendaverant. Vides igitur, verissimum esse, quod de se h. l. praedicat Socrates. — τὸ δ' ἐμὲ) Gesnero τοῦ δ' ἐμὲ ob praegressum αἴτιον εἶναι τοῦ scribenti non obtemperarunt Bach. Zeun. Weisk. Schneid., a quo afferuntur verba Mem. IV, 3, 5 sqq., quibus etsi non praefixum est membrum huic simile, tamen itidem absolutos casus positos intelliges. Mutari constructionis rationem liquet, nisi forte ex antegressis τί φήσομεν supplere malumus. Sed hic non cunctatus Schneiderus simile exemplum nominare Mem. I. 1., non assequor, quo iure ad Mem. I, 4, 12. Ialli Zeunium statuerit, quasi dissimilia confudisset. Etenim nostra si integra sunt, idem in Mem. locos allatos cadat necesse est, quum utrobique liceat suppleri οὐ θαυμαστόν ἐστι; Vid. Wyttenbach de S. N. V. p. 46., interprett.

ad Aristoph. nubb. V. 268. Matthiae gr. gr. §. 542. p. 782 sqq. et Lamb. Bos. de Ellips. p. 801. sq. ed. Schaef. — ἀπαιτεῖσθαι εὐεργεσίας) Ita dedi cum Mss. Pariss. A. B. marg. Steph. 2. edd. Bryll. Reuchl. Hal. Cast. pro vulgato ἀπ. εὐεργεσίαν. Schneiderus, „*Locutio*, inquit, *mihi singularis videtur. Voluit auctor dicere: ego nemini beneficium debeo, mihi contra multi gratias habent: ineptiuscule* (sic) *autem dixit: nemo me beneficium reposcit, multi contra gratias mihi se debere profitentur.*" Quid dicere scriptor voluerit, lubricum est ex iis concludere, quae revera dixit; nemini se beneficium debere, neque Socrates neque alius quisquam, qui bona indole praeditus est, facile de se praedicabit. Non diffiteor, magis mihi sententiam probatum iri, si verba hunc in modum processissent: τὸ δ' ἐμὲ μὲν μηδὲ παρ' ἑνὸς ἀπαιτεῖσθαι εὐεργεσίας, ut sensus evaderet: *neminem beneficia mihi reposco, multi vero mihi gratiam se debere fatentur*, sed vulgata quoque habet, quo se tueatur; quid? quod, inquit Socrates, *nemo me beneficia rogat*, nempe quia aut sponte cum aliis communico, quae rectius didici, aut quia divitiis quibus alios sustentem, careo, *sed multi se mihi gratiam debere fatentur.* Potest vero etiam ἀπαιτεῖσθαι propria potestate accipi: *pro eo munere, quod mihi vel donant vel offerunt, tantum abest ut remunerationem postulent, ut multi se mihi obstrictos sentiant.* Quotidie idem faciunt boni discipuli, ut nec ullam a magistris suis remunerationem repetant, et se accepta nunquam referre posse fateantur. Oecon. II, 8. Socrates ipse concedit, sine aliena ope se non habere, unde vitam sustentet, qua de re vid. Boeckh. *Staatshaushaltung* T. I. p. 121 sqq.

§. 18. ἐν τῇ πολιορκίᾳ) „Intelligitur illa obsidio aerumnosa Athenarum per Lysandrum facta, Atheniensibus ad Aegospotamos devictis. Vid. Xenoph. Hist. Gr. II, 2." *Zeune.* Diogen. Laert. II, 25. εὔτακτός τε ἦν τὴν δίαιταν οὕτως, ὥςτε πολλάκις Ἀθήνησι λοιμῶν γενομένων μόνος οὐκ ἐνόσησε, idem narrantibus Gellio et Aeliano, quos citat ad h. l. Menagius. — ὅτε τὰ μάλιστα) Simsonus reposuit ὅτε καὶ μάλιστα offensus articulo, cuius integritatem cum Zeunio nemo hodie in dubium vocabit, qui Hipparch. VIII, 5, et Matthiae gr. gr. §. 282. p. 391. inspexerit. Quanquam hanc quoque locutionem, ut alias permultas, limitibus quibusdam circumscriptam esse non inviti credimus Schneidero ad Cyrop. I, 4. 14 et Poppon. ad I, 6, 8. — τὰς εὐπαθείας) Sympos. IV, 41. Καὶ γὰρ ὅταν ἡδυπαθῆσαι βουληθῶ, οὐκ

ἐκ τῆς ἀγορᾶς τὰ τίμια ὠνοῦμαι, (πολυτελῆ γὰρ γίνεται) ἀλλ' ἐκ τῆς ψυχῆς ταμιεύομαι. Diog. Laert. 1. l. πολλάκις δ' ἀφορῶν εἰς τὰ πλήθη τῶν πιπρασκομένων ἔλεγε πρὸς αὑτόν, Πόσων ἐγὼ χρείαν οὐκ ἔχω· et cf. Mem. I, 3, 5. Vocabuli εὐπάθεια usum non est quod quis suspectum habeat post ea, quae in Epilog. p. 42. et 93. adnotavimus. Plutarcho nemo crebrius vocem usurpavit, vid. Wyttenbach ad Plut. p. 847. Quo iure alibi Schneiderus in verbis subseqq. εἴγε μὴν — δύναιτ' ἂν haeserit, non reticui ad Symp. IV, 3.

§. 19. σύ με φῄς, ὦ Μέλιτε) Paris. B. Reuchl. Cast. et Hal. σύ με φῂς ὦ Μέλητε, ac deinde codd. A. B. Y. τίνες εἰσὶν νέων διαφθοραί· σὺ δὲ εἰπέ, etiam Reuchlin. σὺ δὲ εἰπέ, quod ut probari possit, tamen non idcirco necessarium est, quod Gailio iudice graviter Melito instet Socrates. Ad loci intelligentiam illustrandam expediet conferre Plat. Apol. p. 33. D. — ἢ καὶ ἐκ μετριοπότου) Reuchl. Cast. Hal. Bryll. Steph. 1. 2. Leoncll. Zeun. et Weisk. adstipulantibus Pariss. Mss. ἢ ὡς ἐκ μετρ., perperam secundum Jacobs. ad Achill. Tat. p. 657. Itaque deleverunt ὡς Bach. Gesner. et Schneid. Quum tamen frequens sit vocum ὡς et καὶ in libris manu exaratis permutatio, nec Weiskii ad h. l. argumentatio idonea causa nitatur, haud scio an recte scripserim ἢ καὶ ἐκ μετρ., non raro certe καὶ ita illatum me legere memini. Iniqua sunt, quae contra verborum πονηρᾶς ἡδονῆς integritatem a Schneidero disputantur: „*Non puto*, inquit, *Xenophontem* ἡδονὴν *aliquam* πονηρὰν *dixisse. Per se enim et vere nulla est* πονηρὰ ἡδονή — *sed qui abutuntur voluptatibus, sunt ii vel fiunt* πονηροί. *Xenophon* Mem. I, 2, 64. πονηρὰς ἐπιθυμίας *dixit.*" Namque verius docuisse mihi videor in Epilog. Cyrop. p. 93, cui accedant ex Platon. Phileb. §. 77. p. 111. ed. Stallb. πονηρὰν μὲν φήσομεν οὕτω γίγνεσθαι δόξαν, πονηρὰν δὲ καὶ ἡδονήν; §. 87. p. 120. Οὐδ' ἡδονάς γ' οἶμαι κατανοοῦμεν ὡς ἄλλον τινὰ τρόπον εἰσὶ πονηραί, πλὴν τῷ ψευδεῖς γ' εἶναι. — οὐ πάνυ πονηρὰς ἄν τις λύπας τε καὶ ἡδονὰς θείη, — Τὰς μὲν τοίνυν πονηρὰς ἡδονὰς καὶ διὰ πονηρίαν οὔσας. Apud Isocrat. de Pace c. 15. p. 264. leguntur etiam ψυχαὶ γεμούσαι πονηρῶν ἐπιθυμιῶν. Omnino non dubito istiusmodi quaestionibus de quarundam vocum formularumque germanitate multo minorem vim et auctoritatem tribuere, quam vulgo tribuunt. Aut enim suspectae fidei quae habentur, e rhetorum scholis, et umbratili monachorum grammaticorumque officina profecta sunt, aut Graecis vel aurea vel argentea aetate viventibus originem debent. Illud si locum habet, mirer ni quovis

versu, ne dicam quovis verbo graculum pavonis pluma exornatum agnoscas; quod si alium liber, atque circumfertur, auctorem habuit, eumque Graecum, verendum arbitror, ne quae Platonis et Xenophontis tempore *vere nulla* fuit πονηρὰ ἡδονή, eadem Alexandri quoque aetate perverse intellecta fuerit.

§. 20. ναὶ μὰ Δί') Sic sine elisione Cast. Hal. Reuchlin. Bryll. Steph. 2. probante Gailio; iidem illi libri σοὶ ante πείθεσθαι cum accentu. — τοῦτο γὰρ ἴσασιν) De genere pronominis cum alias monui tum in Epilogo p. 96. Sententiae causa legi iubent Memor. I, 2, 49 sq. Paullo ante φάναι τὸν Σωκράτη Paris. B. et una cum A. §. 21. εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, quam formam paucis attigi ad Symp. I, 3, quibus addi merentur interprett. ad Aristoph. Nubb. V. 182. et, qui Xenophontis etiam usum concutere videtur, Dindorf. ad Aristoph. Eccles. V. 389. p. 695. Statim Leonclav. 1. 2. 3. et Steph. περὶ δὲ ὑγείας solenni permutatione, de qua egit Porson. ad Eurip. Orest. V. 229. „*Deinceps*, ut verbis Schneideri utar, πάντες δήπου οἱ Ἀθηναῖοι τοῖς φ. *rectius*, *puto*, *dant Pariss. A. B.*" in quibus ambiguum erat, utrum πάντως omitti an intactum relinqui vellet, nisi disertis verbis Gailius e membranis enotasset καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γε πάντες δήπου etc. Equidem tanto minus illa voce caream, quod nec sine vi πάντως positum intelligo, et adamare Graecos video, qualia habentur in Cyrop. II, 1, 13. παντὶ τρόπῳ δεῖ τῶν ἀνδρῶν θήγειν πάντως τὸ φρόνημα. Nec praetereunda, quae scripsimus ad Symp. IV, 41., ac, si cui vocis πᾶς sedes displiceat, contendat Stallbaum ad Platon. Phileb. p. 48. — καὶ ἀδελφῶν) Mss. Pariss. B. Y. καὶ πρὸ ἀδελφῶν, quibus suffragatur Gail.; fortasse bene, vide praeter ea, quae ad Symp. V, 3. notavimus, etiam Baehr. in Creuzer. Mell. III. p. 36. Sequentia καί, ναὶ μὰ Δία, γε ὑμεῖς repugnant canoni, a Porsono proposito in Adversar. p. 30. et a Reisig. in Coniectan. Aristoph. I. p. 253. illustrato. Etsi facili correctione scribi poterit ὑμεῖς γε, nihil tamen ausim novare, quum γὲ ad καί, non ad iusiurandum referatur. Comparetur interim Dindorf. meus ad l. l. Eccles. V. 779. Mendam libri B. οὓς ἂν ἡγεῖσθε consulto fortasse reticuit Schneiderus.

§. 21. ἐμὲ δέ, ὅτι περὶ) Mss. Pariss. A. B. cum edd. Reuchl. et Hal. ἐμὲ δὲ περὶ; nam Cast. Bryll. et Gesner. ἐμὲ δὲ ὃς περί, quorum in locum Steph. 1. 2 Leoncl. 1. 2. 3. Bach. Zeun. Weisk. et Schneid. a nobis quoque receptum adsciverunt. Aretinus in ed. principe verbum ἀγαθοῦ non

expressit, eius loco lacunae signo posito. Praeterea Schneiderus: „*Sequens casus*, ait, *genitivus περὶ τοῦ μεγίστου ἀγαθοῦ τῆς* [?] *παιδείας βέλτιστος Atticismo et elegantiae Xenophontiae non convenit.*“ Nollem vir eruditus tam obscuris verbis mentem suam aperuisset: etenim sive eam praepositioni potestatem adscribas, quae obtinet Anabas. III, 2, 15. *Καὶ τότε μὲν δὴ περὶ τῆς Κύρου βασιλείας ἄνδρες ἦτε ἀγαθοί*, sive explices, *quod attinet ad summum bonum*, nihil habet secundus casus, in quo quis iure haesitet. Platon. Apol. p. 19. C. *καὶ οὐχ ὡς ἀτιμάζων λέγω τὴν τοιαύτην ἐπιστήμην, εἴ τις περὶ τῶν τοιούτων σοφός ἐστι.* Supra *περὶ τῶν πολεμικῶν φρονιμωτάτους εἶναι*: Plat. Ion. p. 541. E. *δεινὸς εἶ τὴν περὶ Ὁμήρου σοφίαν*; cf. Lex. Xen. T. IV. s. v. *φρόνιμος*. Schaefer. ad Apollon. Rhod. T. II. p. 287. Heindorf. ad Theaet. p. 414. Phaedon. p. 171 sq. et Fischer. ad Weller. T. III, 6. p. 213 sq.

§. 22. *δῆλον ὅτι*) Ante Zeunium *δηλονότι*. Ad haec *εἰπεῖν τὰ ἐκ τῆς δίκης* suspiciosus adversarius adnotavit: „*quae in iudicio sunt dicta interpretatur Zeune: sed graeca non congruunt sermoni Attico.*“ Sermonem Atticum qualem vel desideret, vel eo nomine dignum putet, scire velim, quippe a Fischero ad Plat. Phaedon. §. 57. p. 92. Heind. edoctus, in talibus loquendi formulis eam praepositionem eligi, quam verbum adiectum postulet. Quod Germani in communi vita dicere solent: *aus der Schule schwatzen*, graece vertendum est *τὰ ἐκ τοῦ διδασκαλείου εἰπεῖν*, quemadmodum h. l. *narrare quae in iudicio dicta sunt*, verba exprimunt *εἰπεῖν τὰ ἐκ τῆς δίκης*. Incredulorum causa excito Theophr. char. 4. *πάντα τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διηγεῖσθαι*, iam pridem grammaticae graecae inserta a Matthiaeo §. 596. p. 877., quocum consentiunt Poppo Thucyd. I. p. 176 sq. et Hermann. ad Soph. Electr. V. 135. — *Σωκράτης τὸ μὲν μήτε περὶ θεοὺς*) Pariss. A. B. *Σωκρ. τότε μὲν μὲν μήτε π. θ.*, in quibus Schneid. latere ait *τότε μὲν τὸ μήτε*. Quodsi operarum vitio Gailiana caret, neque librarii ille error est, praestare mihi videtur *τότε μὲν οὖν μήτε*. Proxima haec *περὶ παντὸς ἐποιεῖτο* non ad totam Socratis vitam sed ad orationem coram iudicibus ab eo habitam referendam esse, quis est qui dubitet? Sensus est manifestus: *nihil prius*, inquit Xenophon, *habuit Socrates, quam ut neque in Deos appareret impius, neque iniustus adversus homines.* Praepositionem ante *θεοὺς* aliena manus in Paris. B. praefixit. De verbo *λιπαρεῖν* docte egit Bekker. specim. Philostrat. p. 71. Tum *ἐνόμιζεν* Reuchl. Cast. Hal.

Bryll. Bach. Gesner. Zeun. Schneid. et Pariss., ἐνόμισεν cum Steph. 1. 2. Leoncll. 1. 2. 3. Weiske.

§. 23. "Ὅτι δὲ οὕτως ἐγίγνωσκε) „*Atqui*, inquit Schneiderus, *iam antea sunt haec demonstrata* [?] *ab initio libelli.*" Recte, idque ipsum in animo habebat dicens: ἤρκεσέ μοι δηλῶσαι, ὅτι Σωκράτης — καιρὸν ἤδη ἐνόμιζεν ἑαυτῷ τελευτᾶν. Nam quae *post condemnationem* demum dicta sunt et facta, non ante, opinor, enarrari et demonstrari ab accurato scriptore poterant, quam iudicum suffragiis reus condemnatus esset! — καταδηλότερον ἐγίγνετο) Reuchlin. κατωδηλότερον ἐγ., Paris. B. καταδ. ἐγένετο, itemque deinde ἐπεὶ καὶ ἡ δίκη διεψηφίσθη a manu prim. non renitente Paris. A., nisi quod illic nescio quis superscripsit tantum κατεψ. et Paris. A. ἐπειδὴ καὶ ἡ δίκη κατεψ. dedit; unde quam bene Schneid. ἐπειδὴ ἡ δίκη coniecerit, aliis diiudicandum relinquo, magis certe dubium esse existimans, an διεψηφίσθη sit Xenophontis. Post πρῶτον particulam μὲν ex editionibus vetustis et Pariss. Mss. revocavit Zeunius, neglectam a Steph. 1. 2. Leoncl. 1. 2. 3. Bach., sine dubio propterea, quod simpliciter ἔπειτα subiectum est, ut Ages. I, 12. ἑαυτὸν ἀντεπιδείξας πρῶτον μὲν ὅρκους ἐμπεδοῦντα ἔπειτα συνθήκας μὴ ψευδόμενον. Nubem exemplorum similium suppeditabunt Heindorf. ad Plat. Phaedon. §. 86. p. 144. et Zeun. ad Viger. p. 537. — ὑποτιμᾶσθαι) Huic explicando verbo inserviunt loci Ciceron. Orat I, 54. Platon. Apol. sect. 26. Polluc. VIII, 150. a Bachio appositi, et quae observarunt Boeckh. *Staatshaushaltung* Vol. I. p. 398., interprett. Aristoph. Plut. V. 480. Terent. Andr. III, scen. ult. V. 15. et Bremi ad Epp. Socratt. p. 207., qui non video qua de causa neget verbum ὑποτιμᾶσθαι, quo usi sunt Anon. Oecon. ed. Schneid. p. 38 sqq. et Pollux VIII, 63., cavillanti Socrati accommodatum esse. Statim post ante Schneiderum ferebatur οὔτε αὐτὸν ὑπετιμήσατο, quod displicuit etiam Fischero ad Platon. Apol. 28. p. 148. Magis, ut arbitror, placeret mutatum in οὔτε αὐτὸς αὑτὸν ὑπετιμ. — ἀδικεῖν) Aliter Diog. Laert. II, 41. "Ὅτ' οὖν κατεδικάσθη, διακοσίαις ὀγδοηκονταμιᾷ πλείοσι ψήφοις τῶν ἀπολυουσῶν· καὶ τιμωμένων τῶν δικαστῶν, τί χρὴ παθεῖν αὐτὸν ἢ ἀποτῖσαι; πέντε καὶ εἴκοσιν ἔφη δραχμὰς ἀποτίσειν. Εὐβουλίδης μὲν γάρ φησιν ἑκατὸν ὁμολογῆσαι, ubi vid. Menag. et Platon. Apol. p. 38. A. Attigi hunc dissensum in Introd. §. 8. Ceterum effugere Socrati e carcere licuisse, uti ex Platon. Criton. §. 4. p. 45. Steph. ostendit Zeunius, ita patet ex eiusdem Apol. p. 39. A. ἀλλὰ μὴ οὐ τοῦτ' ᾖ χαλεπὸν, ὦ

ἄνδρες, θάνατον ἐκφυγεῖν, ἀλλὰ πολὺ χαλεπώτερον πονηρίαν· θᾶττον γὰρ θανάτου θεῖ. Cf. etiam Iacobs. in Socrat. p. 89.

§. 24. ὡς χρῆ) Non reddidit Aretinus invitis tamen editionibus, quarum in una Reuchliniana male deinde ἀνάγκη ἐστὶ πολλή legitur. — ἐγράψαντό με) Reuchl. Cast. Hal. Bryll. Steph. 1. 2. et Schneid. ἐγράψατό με, sed Brodaeus: „placet ἐγράψαντο μὲν" postremum vitiose. Pluralem Leoncll. Bach. Zeun. Weisk. et Mss. Pariss. ducibus praetuli nihil moratus Schneiderum, in toto libello solum Melitum accusatorem nominari adnotantem. Enimvero supra §. 10. legimus ἐπειδὴ κατηγόρησαν αὐτοῦ οἱ ἀντίδικοι, ineunte hac sectione τοὺς μὲν διδάσκοντας τοὺς μάρτυρας et §. 25. οὐδ' αὐτοὶ οἱ ἀντίδικοι, neque Anytum non adfuisse liquet e §. 29. — οὔτε γὰρ — οὔτε θύων) Alibi quoque repeti negationem satis constat. Uti hoc loco potuissent ad vulgatam defendendam in Memor. I, 2, 31. οὔτε γὰρ ἔγωγε οὔτε αὐτὸς τοῦτο πώποτε Σωκράτους ἤκουσα, οὔτ' ἄλλου φάσκοντος ἀκηκοέναι ᾐσθόμην, ni probabiliora Heindorf. in medium protulisset. Similiter οὐ in responsionibus iteratur, quod genus dicendi mirum cur Elmsleius in *Notes on the Aiax of Sophocl.* p. 318. ed. Lips. probatum, et ad Aristoph. Acharn. V. 428. emaculatum voluerit. Prior ratio haud dubie praestat, cf. ad Symp. VI, 7. et Hermann. ad Soph. Antig. V. 5. p. 14 sq. Crebrius Graeci οὐδὲ γὰρ οὐδὲ frequentant, ut cognosces ex Viger. p. 467. et interprett. Cyrop. VII, 2, 20. — οὔτε ὀμνύς) Schol. Aristoph. nubb. V. 248. διέβαλλον αὐτόν, ὡς ἠσέβει, λέγοντες περὶ τὸ θεῖον ὀμνύναι, νὴ τὸν ἀλεκτρυόνα καὶ τὴν πλάτανον καὶ ἄλλα τοιαῦτα per iocum et ironiam iudice Weiskio. Eandem rem tractavit Menag. ad Diog. Laert. II, 40. De structura verbi προςεθίζειν, ἐθίζειν etc. post Heindorf. ad Platon. Euthydem. p. 313. nota sunt omnia.

§. 25. ἱεροσυλία) Inepte olim in libris editis exhibitum ἱεροσυλίαι, τοιχωρυχίαι, ἀνδραπόδισις, πόλεως προδοσία [male Schneid. πρόδοσις], nec quidquam ab his recedunt Mss. Pariss. A. B. Primus Aretino praeeunte correxit Zeunius, similia legi Memor. I. [iterum male Schneid. II.] 2, 62. scribens. In verbis τούτων πρᾶξαί τι κατ' ἐμοῦ φασίν interrogat editor nuperrimus: *quidni ἐμέ φασιν* [imo φάσκουσιν] *dixerit?* Causam in promtu esse puto: nimirum quum Graeci utrumque dicere non reformidaverint, maluit Xenophon illud eligere, quod ad accusatorum vanitatem falsasque criminationes designandas unice accommodatum esset. Actoris est enim κατά τινος φάναι i. e. κατειπεῖν s. κατηγορεῖν τινος

potius quam nescio quid dicere. Unius Platonis locus sufficit in Apol. p. 37. B. πεπεισμένος δὴ ἐγὼ μηδένα ἀδικεῖν πολλοῦ δέω ἐμαυτόν γε ἀδικήσειν καὶ κατ' ἐμαυτοῦ ἐρεῖν αὐτὸς ὡς ἄξιός εἰμι τοῦ κακοῦ. cf. Matthiae gr. gr. §. 531. p. 849. et quem ibi licet mendose laudavit Fischer. ad Weller. T. III. b. p. 178, etiam Viger. p. 630. — ὅπου ποτέ) Hanc cum Weiskio ex Stobaeo ed. et Pariss. A. B. revocavi pro ea scriptura, quam Zeun. et Schneid. cum Stob. Ms. temere admiserunt ὅπως ποτέ. Non enim interrogare videtur Socrates, *quomodo* morte dignus haberi possit, sed *quo in loco, qua tandem oblata occasione* crimen commiserit supplicio multandum. Diutius haesitavi in lectione, quam nexus simul et librorum fides, ut in textum reciperetur, suaserunt. Editiones enim Schneideriana antiquiores una cum membranis Pariss. et Stob. ed. pergunt ἐφάνη ὑμῖν τὸ τοῦ θανάτου ἔργον ἐμοὶ ἄξιον. Ἀλλ., quod nec ipsum, modo ne perperam intelligatur, ita constitutum est, ut emendari oporteat. Gesnerus scribi voluit ἐμοῦ ἄξιον, quam coniecturam ut ineptissimam omnium satis habuit Ernestius comparata 31. sectione reiicere. Ex Stobaei, qui hunc locum p. 95. florilegio suo a verbis ὥςτε (om. cod.) θαυμαστὸν usque ad εὐθυμητέον εἶναι extrema §. 123. inseruit, Brunckiano codice attulit Zennius θαυμαστὸν ἔμοιγε δοκεῖ, ὅπως ποτὲ ὑμῖν ἐφάνη (male Schneider.) τοῦ θανάτου [cod. Paris. apud Schneiderum τὸ τοῦ θαν.] ἔργον ἄξιον ἐμοὶ εἰργασμένον, eiusque iussu, quod pro interpretamento nominis ἔργον habuit Zeun., in hunc ordinem a Schneidero redactum est: ὑμῖν τοῦ θανάτου ἔργον ἄξιον ἐμοὶ εἰργασμένον. Articulum igitur τὸ ante τοῦ θανάτου tacite omisit, ingeniosum dicens Weiskii commentum, quo sedem pronominum ὑμῖν et ἐμοὶ permutavit his verbis „*sic ἐφάνη ἐμοὶ dictum erit pro ἐφάνη ὑπ' ἐμοῦ* i. e. *ἐπράχθη ὑπ' ἐμοῦ et ὑμῖν ἄξιον* [non ἄξιον ὑμῖν, quod nolenti Weiskio imputat Schneid.] *bene respondebit verbis τῇ πόλει ἄξιον Mem.* I, 1, 1. I, 2, 62 et 64. *aliisque locis.*" Magnopere tamen vereor, ne ἐφάνη ἐμοὶ sine praepositione ἐν nunquam Graecus homo eo sensu dixerit, quo ille opinatus est, atque in eam potius sententiam adducor, ut nomen ἔργον ex interpretatione conflatum esse credam, quo expulso verborum collocatio multo exquisitior efficitur, quam vulgaris: τὸ ἐμοὶ εἰργασμένον ἄξιον τοῦ θανάτου, in qua si τοῦ θανάτου articulo destitutum esset, probarem magis quam reprehenderem. Verborum autem ordini omnino vellem viri graecae linguae gnari maiorem operam dedissent, quam adhuc factum est; dici enim non potest, quantum sibi

Graeci hoc in genere licere existimaverint, toti quippe ab aurium iudicio pendentes.

§. 26. οὐ γὰρ) Stobaeus scriptus οὔτε γ. Ferrem οὐδὲ γὰρ secundum not. ad Symp. VIII, 21. Sequentibus αἰσχρόν ἐστι in Mss. Pariss. A. B. interpositum γὰρ quorsum spectet, non magis equidem perspicio, quam quid sibi lacuna velit exigua eodem loco apud Reuchlin. conspicua. Suspicor voculam istam alienum locum occupasse, aut explicandae particulae δὲ proxime subiectae inserviisse, aut denique ex ἄρα depravatam esse, quod Graecorum certe usus hac in sede admittit, ut docuit Heindorf. ad Platon. Gorg. §. 158. p. 250. et Protag. §. 110. p. 624 sq. Uberius eadem persequitur, qui Mem. finem interpolavit §. 9. Ἀλλὰ μὴν εἴγε ἀδίκως ἀποθανοῦμαι, τοῖς μὲν ἀδίκως ἐμὲ ἀποκτείνασιν αἰσχρὸν ἂν εἴη τοῦτο, εἴγε [s. εἴπερ] τὸ ἀδικεῖν αἰσχρόν ἐστι· ἐμοὶ δὲ τί αἰσχρὸν τὸ ἑτέρους μὴ δύνασθαι περὶ ἐμοῦ τὰ δίκαια μήτε γνῶναι μήτε ποιῆσαι; Sic enim quae recentiores editores mirum quantum exercuerunt, scribenda esse arbitror. — Παλαμήδης) Aretinus: *Pallamides.* „*De Palamede similiter sentit Memor.* IV, 2, 33. *Socrates, aliter vero Xenophon* [?] *de Venatione* I, 11." Ita Schneid. ad Mem. IV, 8, 10. Verum qui utrumque locum aliquanto accuratius contulerit, tantum abesse videbit, ut sibi repugnent, ut optime inter se conciliari possint. In Socratis mortem Euripides dicitur cecinisse, quae proferuntur a Choro in Palamede, vid. Valckenar. Diatrib. in duor. dr. fragm. p. 190 sq.

Ἐκάνετ', ἐκάνετε τὰν
Πάνσοφον, ὦ Δαναοί,
Τὰν οὐδέν' ἀλγύνουσαν
Ἀηδόνα Μουσᾶν,
Τῶν Ἑλλάνων τὸν ἄριστον.

Quibus auditis intellecto quid vellet indicatum poeta, fertur totum theatrum illacrymasse. Sed quum ex Valckenarii sententia Euripides rebus humanis ereptus sit Olymp. 93, 1., Socrates natu minor demum Olymp. 95, 1., fieri non potest, quin hoc evenerit, quum post Socratis mortem Euripidis repraesentaretur Palamedes. Adde Diog. Laert. I. l. sect. 44. Aristoph. T. VIII. p. 292 sq. Platon. Apol. p. 41. B. et utrobique interpretes. Lucian. D. Mort. XX, 4: ὁ Σωκράτης δέ, ὦ Αἰακέ, ποῦ ποτε ἄρα [vulgo ἆρα] ἔστιν; Αἰακ. μετὰ Νέστορος καὶ Παλαμήδους ἐκεῖνος ληρεῖ τὰ πολλά, denique Heyne Excurs. ad Virgil. Aeneid. II, 81. p. 327. A Stobaeo manu exarato totum membrum a παραμυθεῖται

usque ad ἀγαθὸν abesse testantur. Mox omnes libri οἶδ' ὅτι sine copula, quae meo quidem sensu magis hic frigeret, quam in loco gemino Memorab. — μαρτυρήσεται) Reuchl. Cast. Hal. Bryll. Stob. ed. Steph. 1. Leoncll. 1. 2. 3. μαρτυρήσετε, quod vitium auctoritate Steph. 2. Gesn. et margg. Leoncll. 1. 2. 3. sustulerunt Bach. eumque secuti. Futurum medii passiva vi collocari, nulla nunc causa est cur exemplis firmetur, quibus abundant Grammaticae nostrae Matthiae §. 496. p. 690. et Poppo Thucyd. I. p. 192. Restituenda fortasse eadem forma Xenophonti codicum ope Memor. II, 7, 8. ἐπιμελησόμεναι, III, 11, 3. ὠφελήσεται ut cap. 7, 9, ἀπολύσονται Cyrop. VI, 2, 37., ibidem V, 4, 17. Fischero ad Weller. III, b. p. 63. θεραπεύσοιτο praeferente, vix dubito quin iure. — ὑπό τε τοῦ ἐπιόντος καὶ ὑπὸ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου.) Paris. A. ἐπί τε τοῦ ἐπ. Mem. l. l. οἶδα δὲ ὅτι καὶ ἐγὼ ἐπιμελείας τεύξομαι ὑπ' ἀνθρώπων, καὶ ἐὰν νῦν ἀποθάνω οὐχ ὁμοίως τοῖς ἐμὲ ἀποκτείνασιν· οἶδα γὰρ ἀεὶ μαρτυρήσεσθαί μοι, ὅτι ἐγὼ ἠδίκησα μὲν οὐδένα πώποτε ἀνθρώπων οὐδὲ χείρω ἐποίησα, βελτίους δὲ ποιεῖν ἐπειρώμην ἀεὶ τοὺς ἐμοὶ συνόντας, ad quem locum verbosa exstat Schneideri disputatio, qua partim in universum, partim Weiskii causa ostendere conatus est, nihil non in hac Apologiae parte perverse et contra graecae linguae leges expressum esse. Ac primum quidem miratur, quomodo cum Futuro μαρτυρήσεται ὑπὸ τοῦ ἐπιόντος χρόνου coniungi possit cogitatione praeteritum tempus? Sed ἀεὶ, quod e Memor. inepte hic circumscriptum esse putat, si veluti in partes suas dispescere volumus, tribus continetur temporibus praeterito, instante et futuro. Praesentis temporis testimonio uti Socrates non potuit, propterea quod ob iniuste facta, si diis placet, modo mortis condemnatus erat; itaque futurum tantum et praeteritum tempus nominare coactus erat. *Futurum* autem *tempus pariter et praeteritum mihi testabuntur*, nihil obstat quo minus dicere liceat ei, qui in *futuro tempore* de hominibus in posterum viventibus et in *praeterito* de vita mox futura cogitat, quam integram adhuc transegerat. Verum quid opus est meris argumentationibus, ubi sermonis leges explicationem permittunt, qua nihil est in utriusque linguae scriptis ut frequentius ita tolerabilius? Paucissimis enim verbis Socrates idem professus est, quod compluribus sic potius dilatandum fuisset: οἶδ' ὅτι ἐμοὶ καὶ ὑπὸ τοῦ ἐπιόντος χρόνου μαρτυρήσεται, καὶ ὅτι ὑπὸ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου μεμαρτύρηται, s. οὕτω καὶ ὑπὸ τοῦ ἐπ. χρόνου ἐμοὶ μαρτυρήσεται, ὥςπερ καὶ

ὑπὸ τοῦ παρ. χρόνου μεμαρτύρηται, i. e. *quemadmodum praeteritum tempus*, h. e. aut vita probe peracta, aut homines, qui mecum vixerunt, *mihi testati sunt*, vid. §§. 17. 14. *sic etiam qui post me vivent, testabuntur.* Sensum loci bene assecutus est Thurotius vertendo: J'ai même la ferme confiance, que l'avenir, aussi bien que le passé, temoigneront en ma faveur, etc. Lapsus autem est more suo Gailius. Etsi difficillimum est, locos geminos ex eo genere afferre, quod certis regulis non nititur, tamen quae cum illis contendantur, digna sunt ὡς πράσσεις κακῶς, ὅσονπερ εὖ ποτέ, quae illustravit Hermann. ad Viger. p. 869., ἡμεῖς ὅμοιοι καὶ τότε καὶ νῦν ἐσμέν, de quibus videndus Poppo de Elocut. Thucyd. I., p. 288. et Schaef. ad Soph. Antig. V. 181., ἃ τοῖς ἐμοῖς γονεῦσιν ἔσται σφῷν θ' ὁμοῦ δηλήματα in Soph. Oed. Reg. V. 1481 sq. commode, opinor, explicare possumus, ut in ἔσται latere putemus ἦν, ad mortuos Oedipi parentes referendum. Xenoph. Hellen. VI, 3, 4. Callias in oratione coram Lacedaemoniis ὦ ἄνδρες Λακεδ., inquit, τὴν μὲν προξενίαν ὑμῶν οὐκ ἐγὼ μόνος [scil. πατρῴαν ἔχων παραδώσω] ἀλλὰ καὶ πατρὸς πατὴρ πατρῴαν ἔχων παρεδίδου τῷ γένει. Omnium creberrime e Latinis *Tacitus* brevitatis amantissimus ita locutus est teste Passovio ad German. II. p. 88. — Pergit Schneiderus: „Πονηρότερον *mihi indicium certissimum interpolatoris praebet.* Πονηροὺς *enim Socrates ad numerum τῶν συνόντων omnino non admittebat. Qui igitur πονηρότερον dixit pro χείρω, Xenophontis aetate non vixerat.*" Sciens praetereo reliqua, in quibus tum Weiskii opiniones reiicere, tum discrimen, quod inter hominem χείρω et πονηρότερον intercedat, frustra laboret exponere. Iure enim mireris, quod prioribus editoribus in mentem non venit loci Platonici Apol. p. 25. D., in quo Φέρε δή, ait Socrates, πότερον ἐμὲ εἰςάγεις δεῦρο ὡς διαφθείροντα τοὺς νεωτέρους καὶ *πονηροτέρους ποιοῦντα* ἑκόντα ἢ ἄκοντα, qui, si quis alius, liquidissime evincit, aurea aetate loquendi formulam tam acriter impugnatam non tantum usu venisse, verum etiam in locum criminationis: διαφθείρει Σωκράτης τοὺς νέους ad fastidium usque in utraque Apologia recurrentis substitutam fuisse, nisi forte Platonicum quoque libellum a Graeculo nescio quo profectum esse quam evidentissime demonstrabis. Quos Mem. I, 2, 61. IV, 8, 10. Socrates βελτίους ποιῆσαι narratur, antequam in eius sese disciplinam tradidissent, non minus πονηροὶ quam ἀγαθοὶ dici poterant, quemadmodum si quos πονηροτέρους effecisset, non video quidni antea

ἀγαθοὶ et πονηροὶ nuncupari potuerint. Ceterum similiter ad probitatem suam provocat Socrates in Memor. IV, 4, 11. et Plat. Apol. p. 33. D. Denique quia Mem. IV, 8, 10. verbis ἐγὼ ἠδίκησα μὲν οὐδένα πώποτε ἀνθρώπων οὐδὲ χείρω ἐποίησα adiiciuntur, quae si abessent, nemo desideraret: βελτίους δὲ ποιεῖν ἐπειρώμην, contra in Apologia simpliciter sequitur εὐεργέτουν, illa oratio digna Schneidero visa est, quam Socrates cum discipulis habuerit, hanc ut magnificam culpat gloriosam et talem, quae Socratem coram iudicibus loquentem quam maxime dedecuerit! At Mem. §. 7. de amicis suis Socrates loquitur quasi absentibus: Hermogenemque ex eorum numero eximens, atque §. 10. ut ieiuna illa eiusdem locutionis repetitio οὐχ ὁμοίαν et οὐχ ὁμοίως displicet, ita alteram enunciationis partem, qua iniuste agentes non eandem, et iniuriam patientes, famam manere dixerat, qui locum ex Apologia illuc transtulit, ne verbo quidem attigit. Pro eo enim, quod post τοὺς ἐμοὶ συνόντας attenti lectores exspectare debent: *sed iniustitiae notam posteri iudicibus meis inurent*, velut re optime gesta addit: *talia cum Hermogene et* c u m c e t e r i s *collocutus est*; cum ceteris? quibus? At cum solo Hermogene inde a sectione 4. verba fecerat. Sed si qui nihilo minus Schneideri iudicio subscribere velint, eis auctor sum, ut Platonis Apologiam lectitent, cuius μεγαληγορίαν ipse Xenophon §. 1. innuit; quo facto non poterunt, opinor, quin aut omnes istas apologias suspectae fidei esse, aut omnes genuinas statuant. — εὐεργέτουν) Sic cum Reuchlin. et codd. Pariss. Hal. Stob. edit. Steph. 1. 2. Leoncll. 1. 2. 3. Zeun. et Schneid., namque εὐηργέτουν praebent Cast. Bryll. Gesner. Bach. Weisk., eademque forma in Ages. IV, 4. iussu Paris. A. prim. m. Reuchlin. aliarumque editionum vett. expellenda est, vid. not. ad §. 8. Lobeck. ad Phrynich. p. 153 sqq. et Poppo Thucyd. Eloc. p. 227. Ages. II, 23. εὐτύχει. De venat. XII, 6. εὐτύχουν, ubi subsequuntur verba σπανίζοντες γὰρ καρπῶν τὸ ἐξαρχῆς ἐνόμισαν ὅμως τοὺς κυνηγέτας μὴ κωλύειν, διὰ τὸ μηδὲν τῶν ἐπὶ τῇ γῇ φυομένων ἀγρεύειν, e quibus non iniuria Schneidero illa διὰ τὸ suspecta fuerunt, quorum in locum nescio an scribendum proponam διὰ τοῦτο potius quam κωλύειν δεῖν, τὸ μ. Sed missis his nugis non possum mihi temperare, quin Dionis Chrysost. Orat. LIV. p. 281. ed. Reisk. locum apponam. τῶν μὲν θαυμαζομένων ἐκείνων σοφιστῶν ἐκλελοίπασιν οἱ λόγοι, καὶ οὐδὲν ἢ τὰ ὀνόματα μόνον ἐστίν· οἱ δὲ Σωκράτους οὐκ οἶδ' ὅπως διαμένουσι καὶ διαμενοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον· τούτου μὲν

αὐτοῦ μηδὲν γράψαντος ἢ καταλιπόντος, οὔτε σύγγραμμα οὔτε διαθήκας· ἐτελεύτα γὰρ ἀδιάθετος τήν τε σοφίαν καὶ τὰ χρήματα· ἀλλὰ οὐσίαν μὲν οὐκ εἶχεν, ὥστε δημευθῆναι, καθάπερ εἴωθε γίγνεσθαι τῶν [fort. *τινῶν* s. *ἄλλων*] *καταδικασθέντων· οἱ λόγοι δὲ τῷ ὄντι ἐδημεύθησαν, μὰ Δί' οὐχ ὑπ' ἐχθρῶν ἀλλὰ ὑπὸ τῶν φίλων.*

§. 27. *Εἰπὼν δὲ ταῦτα*) Stobaeus Ms. *εἰπὼν δὴ τ.* omisso *δὴ* post *ὁμολογ.*, dein *ὄμματι* obtulit; cum eodem et Aretino mox Gesner. et Zeun. *σχήματι* scripserunt, obsequentibus Weiskio et Schneidero. Idem est in ed. Cast., sed pluralem, cuius mutandi nullam necessitatem exputo, exhibent Reuchl. Bryll. Hal. Steph. 1. 2. Leoncll. tres, Bach. una cum Mss. Pariss. A. B — *Τί τοῦτο; εἰπεῖν αὐτόν, ἢ ἄρτι δακρύετε;*) Melius vertit Ernestius: *quid hoc rei est? an nunc demum ploratis?* quam coniecit *τί τοῦτο εἰ ἄρτι δ.* Hic quoque Reuchl. Cast. Hal. Bryll. et Stob. ed. *ἢ ἄρτι*, ut postea praeter Cast. et Bryl. 2. *ἴστε ἐξότουπερ*, unde *ἴστε ἐξ ὅτουπερ* dedit in utraque editione Steph., *ἴστε ὅτι ἐξότουπερ* Cast. et Bryll. 2. *οὐ γὰρ πάλαι ἴστε, ἐξ ὅτου παρεγενόμην* Paris. A. itemque B., nisi quod *ἐξ ὅτου περ ἐγ.* correxit. Stephanus 2.: „Deese videtur *ὅτι*, ut sic legatur *ὅτι ἐξ ὅτουπερ ἐγενόμην*. Alioqui posset fortassis et ita legi, *οὐ γάρ, ὡς πάλαι ἴστε, ἐξ ὅτουπερ* etc." Portentosam lectionem inde Bachius confinxit *οὐ γάρ, πάλαι ἴστε, ἐξ ὅτι ἐγ., κατεψ.*, quae nisi deletis *πάλαι ἴστε* aut certe *ἴστε* constare non poterit. Leonclavianae 1. 2. 3. post *κατεψηφισμ.* demum, *ὅτι* reiecerunt. Secutus sum Ms. Stobaeum, ubi est *ἴστε ὅτι ἐξότου παρεγενόμην*, Gesner. Zeun. Schneid. Weisk., quoniam ab nostro loco nonnihil differunt et ea, quorum integritatem tuetur Iacobs. Additam. ad Athen. p. 271 sq., et quae ipse ad Symp. II, 13. VII, 2. observavi. Ceterum egregie ad h. l. *Thurotius* contra grammaticos disseruit, qui in graeca lingua expletivas reperiri particulas sibi aliisque persuadere audeant, inter alia dicens: „Pour peu qu'on réfléchisse sur la philosophie du langage, on reconnaît bientót, qu'il est impossible, qu'une langue ait un grand nombre de mots insignifiants et superflus, comme le particules prétendues explétives; et par exemple, dans ce passage de Xen. le mot *περ* ajoute une sorte d'affirmation plus positive à la pensée que la proposition exprime: *Ἐξ ὅτου περ ἐγενόμην* ne signifie pas simplement *„depuis que je suis né*; mais *„dès le moment même* de ma naissance." — *τοῖς ἐμοῖς εὔνοις*) Steph. 2.: *„Magis placeret τοῖς ἐμοὶ εὔνοις.*" itemque in Thesaur. ling. gr. T. II. p. 1067 f., sed in edit. priore vul-

gatam ferri posse coniecturae adiecerat. Fluctuatur scriptura Cyrop. II, 2, 22. inter ἀνὴρ σύσκηνος ἐμὸς et ἀνὴρ ἡμῖν σύσκηνος. Tu velim illud retineas et praeter Schaef. ad Apollon. T. II. p. 169, quo Schneiderus teste utitur, inspicias etiam Passow. Mell. critt. in Aesch. Pers. p. 45 sq. Extrema sectione Paris. A. καταλύων τὸν βίον, scribae vitio. — ὡς εὐπραγοῦντος ἐμοῦ) Constructione notissima post Matthiae gr. gr. §. 568. p. 829. Quod ἐμοῦ scriptum est non μοῦ, notabis potius, quam corriges. Thomae autem Mag. p. 389. εὐπραγεῖν formulae εὖ πράττειν posthabenti nullam fidem habendam esse, ad eum locum declararunt interpretes. Ceterum ut minus probabilia narrat Diog. Laert. II, 35. πρὸς τὸν εἰπόντα, Θάνατόν σου κατέγνωσαν Ἀθηναῖοι, Κἀκείνων, φησὶν, ἡ φύσις· οἱ δὲ τοῦτ' Ἀναξαγόραν φασὶν εἰπεῖν, ita Socrates non magis mortem veretur apud Plat. Apol. p. 40. E. 41. D.

§. 28. Ἀπολλόδωρος) „Zeunius: „*De amore et studio Apollodori erga Socratem vid.* Memor. III, 11, 17. Plat. Phaed. sect. 2. et 66.: *inprimis* Plat. Symp. sect. 2. et Aelian V. H. I, 16.“ His addas licet Plutarchum in vita Catonis min. §. 20, ubi Favonius, amicus et aemulus Catonis, fuisse traditur cum furore quodam admirationis οἷος ὁ Φαληρεὺς Ἀπολλόδωρος ἱστορεῖται περὶ Σωκράτην γενέσθαι τὸν παλαιὸν ἐμπαθής.“ *Weiske.* Prae ceteris compara Wolf. Introd. in Plat. Symp. XL sq. Sectiones 28. et 29. totas Stobaeus p. 95. excerpsit, licet §. 29. cod. A. omiserit, statim cum edito ἐπιθυμητὴς μὲν ὢν exhibens non improbante Zeunio, qui notandus est ideo, quod sibi persuadere potuit, particulam ἄρα in edd. Reuchl. Cast. Hal. Bryll. Weisk., quibus accesserunt Mss. Pariss. A, B. Y., post εἰπεῖν collocatam ex similitudine sequentis ἀλλὰ irrepsisse. Omittere coeperunt Steph. 1. 2. Leoncll. 1. 2. 3. Bach. et Schneid., perperam, ut arbitror. Neque enim discrepat hic usus particulae a pervulgato illo, quem habes Cyrop. I, 3, 2. Ἐρωτώσης δὲ τῆς μητρὸς αὐτὸν, — ἀπεκρίνατο ἄρα ὁ Κῦρος. VII, 3, 6. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Κῦρος ἐπαίσατο ἄρα τὸν μηρόν. VIII, 3, 25. Σακῶν δὲ ἰδιώτης ἀνὴρ ἀπέλιπεν ἄρα τῷ ἵππῳ τοὺς ἄλλους ἵππους ἐγγὺς τῷ ἡμίσει τοῦ δρόμου, in quibus frustra haesit Bothius, quum ad ἰδιώτης respiciat ἄρα. Anabas. IV, 6, 15. Cyrop. IV, 6, 4. Καὶ τότε μὲν δὴ ἀνιαθεὶς ἄρ' οὗτος κατέσχεν — τὸν φθόνον. I, 4, 11. Καὶ ὁ Κῦρος λαβὼν ἐδίδου τε ἄρας τοῖς παισὶ καὶ ἅμα ἔλεγεν. Ante Schneid. pro ἄρας legebatur ἄρα, nuper a Poppone revocatum. Malim deleto λαβὼν participio ἐδίδου τε

ἄρας. Quam facile λαβὼν tanquam interpretamentum vel e proximis huc inferciri potuit! Hesych. ἄρασθαι, ἑλεῖν, λαμβάνειν. Sensum voculae ἄρα h. l. reddiderim: *er sagte in seiner Einfalt.* Cf. supra ad §. 26. — Ἀλλὰ τοῦτο ἔγωγε) Weiskius: „Non Apollodoro, sed Xantippae uxori Socratis hoc tribuit Diogenes in vita Socratis p. 41: Τῆς γυναικὸς εἰπούσης, Ἀδίκως ἀποθνήσκεις; Σὺ δὲ, ἔφη, δικαίως ἐβούλου; Etiam Tertullianus in libro *de anima* Xantippae id tribuit, et Valer. Max. VII, 2, ut docet Menagius.“ Vide Wyttenbach. ad Plat. Phaedon. p. 234. et Menag. l. l. 35. Valer. Max. VII, 2, 1. [corrige Schneiderum] addit: *O immensam sapientiam, quae ne in ipso quidem vitae excessu oblivisci sui potuit!* In his δικαίως ἢ ἀδίκως Stobaeus ἢ ἀδίκως praeteriens facit, ut suspecta haec duo verba habeam. Editio tamen Trinc. etiam superiora haec ὅτι ὁρῶ omisit.

§. 29. ἐπεγελάσαι· Λέγεται δὲ καὶ) Reuchl. Hal. Bryll. Steph. 1. 2. Leoncll. 1. 2. 3. Bach. et Aretin. ἐπιγελάσαι· [ante Steph. ἐπιγελᾶσαι] λέγεται καὶ, quibus ingeniosus Castalio ita succurrit, ut scriberet ἐπιγελᾶσαι λέγεται, καὶ Ἄνυτον. Vides igitur, pravam interpunctionem particulae δὲ eiiciendae occasionem dedisse, de quo corruptionis genere frequentissimo vid. Leviores quaedam lect. divers. Quo minus dubitari potest, quin sinceram Stobaeo et codicibus Pariss., si quid ex silentio Gailii colligi potest, praeeuntibus receperint Zeun. Weisk. et Schneid. — Ἄνυτον) Fischerus ad Platon. Apol. §. 10.: „Anytum fuisse coriarium [qualis fuit etiam Cleon ab Aristophane derisus Equit. V. 38.] atque adeo δημιουργὸν, intelligi potest e Xen. Apol. §. 29. Opifices autem etiam res civitatis curabant apud Graecos, quem morem ridet [Xenoph. de rep. Athen. I, 6.] Cicero p. Flac. p. 7 s.“ „De eodem Anyto Socrates in Platonico Menone sect. 18. αἱροῦνται γοῦν αὐτὸν ἐπὶ τὰς μεγίστας ἀρχάς. Amator Alcibiadis fuit, teste Plutarcho Alc. c. 4.“ Ita Schneiderus, quem adi etiam ad Hellen. II, 3, 42. et Memor. I, 2, 37. Nam quae praeterea h. l. adnotat, ducta sunt ex Wesseling. ad Diodor. Sic. XIII, 64, cui adiunge Iacobs. Socrat. p. 144. Buttmann ad Platonis Men. p. 47 sq. et Orelli ad Epp. Socratt. p. 195. Post mortem Socratis, quae incidit in Lachetem Archontem, facinoris populum poenituit, qui ut Melitum capitis damnavit, ita Anytum urbe eiectum Heracleotae lapidibus cooperuerunt. Testimonia collecta suppeditabunt Wesseling. l. l. XIV, 37. p. 535. Bip. et Menag. ad Diog. Laert. II, 43. Cf. etiam Wyttenbach. in Eclog. hist. p. 404. — ἀνὴρ ὅδε γε κυδρός)

Reuchl. Hal. Bryl. 1. ἀνὴρ ὅδε ἠνδρός, Cast. cum Bryl. 2. ἀνὴρ ὅδε φαιδρός, quod ipsum ab Aretino redditum. Brodaeus: „*legendum ὁ μὲν ἀνὴρ ὁ δὲ* (sic) *κυδρός.*" Steph. 1. 2. Leoncll. tres, Bach. Zeun. Weisk. et Schneid. ex Stobaeo ἀνὴρ ὅδε γε κυδρός, assentientibus etiam Pariss. A. B., praeterquam quod γὲ particulam non agnoscunt, cuius cum et origo et potestas admodum ambigua sit, non nolentibus Schneidero et Schaefero uncis eam includendam putavi. Hesychius κυδρὴ explicat per ἔνδοξος, σεμνὴ, τιμία, ἔντιμος ceteris corruptis. Zonaras ed. Tittmann. p. 262. Κυδρός· ἀγαθός, τίμιος· ἀπὸ τοῦ κῦδος κυδρός. Cf. Sturz. ad Orion. p. 105. — εἰ ἀπέκτονε) H. e. ἐπεὶ ἀπέκτ. interpretibus Reisig. Coniect. I. p. 113. et Elmsl. ad. Med. V. 87. p. 94, qui V. 774. p. 200: „ἀπέκτονα, ait, *non videtur tragicis in usu fuisse, a comicis et prosae orationis scriptoribus usurpatum est.*" Vid. Bast. append. epist. crit. p. 54. — ὅτι αὐτὸν τῶν μεγίστων ὑπὸ τῆς πόλεως ὁρῶν) Stobaei edit. Gesn. οὕτως καὶ τῶν μεγίστων αὐτὸν ὑπὸ τ. π. ὁρ. Brodaei commentum; „*castiga* καὶ αὐτὸν τῶν μεγίστων" iure reiecit Zeunius. Tum rursus Stobaeus οὐκέτι χρῆναι τὸν υἱὸν ἐπὶ (sic) βύρσ. Sed tribus e codd. Schow. ἔφην οὐκέτι χρῆναι. Ex §. 30. nescio an probabiliter coniicias, filium istum aliquamdiu Socratis disciplina usum esse, donec pater offensus iis, quorum mentio hic iniicitur, filium doctrina Socratis relicta rei coriariae operam dare iussisset. Consule etiam Epp. Socratt. Orell. p. 196 sqq. — ὡς μοχθηρὸς οὗτος) Stobaei editi et scripti ὢ μοχθηρὸς οὗτος· lectionem noli tam parvi aestimare, quam videntur aestimasse editores, vid. Wolf. ad Platon. Symp. I, 1. et Viger. p. 448. Omnino incertum scriptor reliquit, utrum coniungere voluerit ὁ μὲν ἀνὴρ ὅδε κυδρὸς ὡς μοχθηρός ἐστι, an potius dicere ὁ μὲν ἀνὴρ ὅδε κυδρός ἐστι, ut, quae sequuntur, per se dicta intelligantur. Prius equidem ut simplicius praeferam. Pro seq. ὃς οὐκ iterum ὡς inferunt Reuchl. Hal. Bryll. correctum a Cast. et serioribus. Extrema sectionis verba Stobaeus partim depravata partim ita exhibuit, ut inter διαπέπρακται et οὗτος haud pauca olim excidisse manifestum sit: ὁπότερος ἡμῶν καὶ συμφορώτερος καὶ καλλίων εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον· διαπέπλασται· χείρων δέ ἐστιν ὁ νικῶν.

§. 30. Ὅμηρος) „Sic Hector, manu Achillis occumbens, illi interitum in portis Scaeis denunciat Iliad. χ', 358." *Bach.* „Atque Patroclus Hectori mortem denunciat imminentem Iliad. π', 851. Cf. Cic. Divinat. I, 30." *Zeune.* — ἔστιν οἷς τῶν ἐν καταλύσει τοῦ βίου) Non tam formula

ἔστιν οἷς, quae hominem eruditum morari nequit, vid. Viger. p. 234. 750. Matthiae §. 482. p. 667, quam illud male habuit Schneiderum, quod Apologiae auctor et *ὄντων* ad *τῶν ἐν καταλύσει τοῦ βίου* et articulum ante Infinitivum *προγιγνώσκειν* ponere neglexit. Nihil igitur aurium iudicio tribuerit, qui asperam et hiulcam hanc orationem *ἔστιν οἷς τῶν ἐν καταλύσει τοῦ βίου ὄντων τὸ προγιγνώσκειν τὰ μέλλοντα* facilius tolerarit, quam suaviorem vulgatam, quae scriptori placuit, minime illam, si bene memini, a sermonis legibus alienam. Etenim tam late apud Graecos patet illud circumscribendi genus, ut plura recensere nunc pigeat praeter Plat. Apol. p. 25. A. *μὴ οἱ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οἱ ἐκκλησιασταί*, Gorg. ed. Findeisen. p. 349. et Fischer. ad Weller. T. III, b. p. 144, nec ullam offensionem habeant Memorab. I, 1, 8. *τὰ δὲ μέγιστα τῶν ἐν τούτοις ἔφη τοὺς θεοὺς ἑαυτοῖς καταλείπεσθαι.* Articulum autem ante *προγιγνώσκειν* desiderantes meminerint, quum locorum, quales innumeri exstant, similium verbis de rep. Laced. II, 9. *Καὶ ὡς πλείστους δὴ ἁρπάσαι τυροὺς παρ' Ὀρθίας καλὸν θεὶς μαστιγοῦν τούτους ἄλλοις ἐπέταξε*, tum eorum, quae ad Symp. VIII, 13. notavimus. Ernestius cum Larcherio in versione francogall. ed. 1767. legendum proposuerat *ἔστιν οἷς τὸ ἐν κατ.*, rem confectam esse ratus, si duo exempla §. 13. et Memor. IV, 6, 15, in quibus accusativus post *ἀνατιθέναι* articulum habet, contulisset. — *τὰ μέλλοντα*) „*Vaticinium ipsum*, inquit Schneiderus, *quo Anyto* [?] *filii prodigi exitum* [?] *praedicit, non eo animo, ut pater filium mature ad frugem redire cogat, et rectius educet, sed potius, ut patri superbienti de morte Socratis aegre faceret, Socrate non dignum censuisset Xenophon.*" Idem affert Platon. §. 30. p. 39. C. *Τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο ἐπιθυμῶ ὑμῖν χρησμῳδῆσαι, ὦ καταψηφισάμενοί μου· καὶ γάρ εἰμι ἤδη ἐνταῦθα, ἐν ᾧ μάλιστ' ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι· Φημὶ γάρ, ὦ ἄνδρες, οἳ ἐμὲ ἀπεκτόνατε, τιμωρίαν ὑμῖν ἥξειν εὐθὺς μετὰ τὸν ἐμὸν θάνατον πολὺ χαλεπωτέραν νὴ Δί' ἢ οἵαν ἐμὲ ἀπεκτόνατε; νῦν γὰρ τοῦτο* et quae sequuntur. Nam haec sufficiant ad Schneiderum redarguendum; concludo enim, ut paucis defungar, hoc modo: *vaticinium quo Socrates iudicibus suis poenas gravissimas praedicit, non eo animo, ut quam primum eos ad frugem redire, et supplicio sese absolvere cogat, sed potius ut iniustis iudicibus, qui se insontem damnaverant, quam aegerrime faciat, Socrate non dignum censuisset Plato!* — *βραχέα*) Hellen. I,

7, 5. οἱ στρατηγοὶ βραχέα ἕκαστος ἀπελογήσατο, ad quem locum Schneid. „*Sic recte*, inquit, *edd. vett. et Morus: sed Steph. dat* βραχέως.“ lectore non ablegato ad Wunderlich. Observatt. critt. p. 52. Brunck. ad Soph. Antig. V. 1330. et Oed. Tyr. V. 180. In verbis ἦν ὁ πατὴρ patrem Reuchlin. πῆρ expressit eodem paene compendio, quo matrem alii codices, quod vide apud Matthiae ad Eurip. Phoeniss. V. 507. Mox Paris. B. ἐπιμελείτην. — προςπεσεῖσθαί τινι αἰσχρᾷ ἐπιθυμίᾳ) Quae verba praeter Paris. B., cuius a prima manu Dativi loco τινὰ scriptum fuerat, tuentur omnes et scripti et editi libri. Locutio tamen ipsa Schneidero bilem adeo movit, ut indignam antiqua Graecia appellare auderet. Num forte περιπεσεῖσθαι poposcit, quod quavis pagina legentibus se cum Dativo iunctum offeret, ut Isocrat. Nicocl. p. 26. L. ἵν' ὡς ἐλαχίστοις τοῖς ἁμαρτήμασι περιπίπτῃς. Eurip. Hec. V. 492. ὅμως δέ μοι θανεῖν εἴη, πρὶν αἰσχρᾷ περιπεσεῖν τύχῃ τινί, ubi vid. Boissonad., et praeterea Matthiae gr. gr. §. 394. p. 534. Lex. Xen. T. III. p. 526? An Futuri forma viro eruditissimo improbata est? Atqui aliam, atque legitimam illam, non suffecit, quam exemplis illustratam dabunt Fischer. ad Weller. T. III. a. p. 162 sq. et Monk. ad Eurip. Alcest. V. 185. An denique ut §. 19. πονηρὰν ἡδονὴν reiecerat, ita hic quoque αἰσχρὰν ἐπιθυμίαν repudiat? Non liquet, hoc unum exploratum habeo, verbum προςπίπτειν una cum ceteris compositis hac in re proprium esse: Isocrat. Sophist. 10. p. 511. προςπεπτωκότες ταῖς ἀλαζονείαις et cf. Stallbaum. ad Plat. Phileb. §. 87. p. 121.

§. 31. Ταῦτα δ' εἰπὼν) Ut cognoscant lectores, vaticinium Socratis ratumne factum fuerit necne, simulque ut luculento aliquo exemplo doceatur, nihil accusatores de arte liberorum recte educandorum calluisse, ultimis magistri sui vocibus adnotationis instar adnexuit Xenophon, quae ad fidem magistri tuendam propemodum necessaria essent. Cf. Introd. §. 7. Videant igitur alii, quatenus adolescentis illius fatum dignum fuerit, quod sedulus scriptor silentio praeteriret! — οὔτε νυκτὸς οὔτε ἡμέρας) Mem. III, 11, 16. οὔτε ἡμέρας οὔτε νυκτός. Anabas. II, 6, 7. καὶ ἡμέρας καὶ νυκτός. V, 9, 11. ἡμέραν καὶ νύκτα. Cyrop. II, 3, 23. Mem. II, 2, 8. et §. 5. ubi obiter moneo, antiquum οὐδὲ pro οὔτε Schaeferi monitu ad Dionys. Compos. verb. p. 36. revocandum esse. Sed non longius ab oratione Xenophontea alter ordo declinat Symp. 4, 48. Anabas. VII, 6, 9. Hieron. VII, 10, unde corrige Lex. Xen. T. IV. p. 214. Aequalis inconstantia locum habet non solum apud alios Graecorum scriptores, v.

c. Plat. Apol. p. 40. D. Soph. Oed. Col. V. 611. Sed etiam apud Romanos; id quod attigit Heindorf. ad Horat. Sat. I, 1, 77. p. 19. Adde Liv. V, 19. — οὔτε αὐτῷ ἄξιος) Reuchl. Cast. Bryll. et Hal. οὔτε αὐτῷ ἄξ., quod ad patrem trahi quis malit? — Αὐτὸς μὲν δὴ) Ante Schaef. ad Procli vitam ed. Boissonad. p. 152. iam Moschius et Larcher in coniecturam inciderunt Ἄνυτος μὲν δὴ atque ita legitur apud Aretinum. Dubito tamen an pronomen defendi possit, modo cum emphasi dictum pates, velut in formula αὐτὸς ἔφη, vid. Matthiae §. 467. p. 644, praesertim quum sequentia de patre sermonem esse, testentur. Praeterea optime sibi opponuntur Αὐτὸς μὲν δὴ *ipse ille*, de quo adhuc narraverat, et Σωκράτης δέ, ut languere videatur scriptura Αὐτὸς μὲν δὴ Ἄνυτος. Nomen κακοδοξίας in Xenophontis operibus alibi non obvium tanto minus repudiabis, quod Platonis auctoritate abunde confirmatur, de rep. p. 361. St. p. 65. Ast. et Henr. Stephani Thesaur. ling. gr. T. I. p. 1037. b.

§. 32. φθόνον ἐπαγόμενος) „Hoc non vitio vertitur Socrati: sed ostendit auctor, eum ista magniloquentia perfecisse, quod voluerat, ut iudices ira incensi ipsum condemnarent. Hoc statim e §pho 1. et seqq. apparet.“ Weiske. Postea ad verba Ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ κ. τ. λ. Schneiderus, „*Tertium*, inquit, *redit ineptus scriptor ad eandem sententiam. Sed voluit reddere locum Xenophontis*, 4, 8, 1. *qui* θανάτους *plurali numero dixit Cyneg.*, 12, 13. *Ages.* I, 37.“ Operae pretium erit, cum acerbo hoc iudicio comparare, quae in prima Memor. editione de eodem loco scripserat: „*vide quam magnifice et verbis et re auctor dixerit*: ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ θεοφιλοῦς μοίρας τετυχηκέναι· τοῦ μὲν γὰρ βίου τὸ χαλεπώτατον ἀπέλιπε, τῶν δὲ θανάτων — τὴν ῥώμην. *Contra quam ieiune et inepte loquax interpolator* Mem. sect. 3. καὶ πῶς ἄν τις κάλλιον — εὐδαιμονεστάτου; *quae sophista aliquis ex modestis illis et simplicitate ipsa magnificis imitatione inepta expressisse et in maius vano conatu extollere voluisse videtur. Iudicent, qui sensum harum rerum a natura ingenitum habent.*“ Neque vero non falsa est criminatio, cuius h. l. scriptorem accusat; nam quae a sect. 6—9. exponuntur, Socratis verba erant, contra Xenophontis, quae hic habemus, eaque epilogi vicem sustinentia. Porro Memor. IV, 8, 1. idoneis argumentis impugnantur ii, qui Socratis supplicio condemnati daemonium mendacii convincere audeant, quasi quid fugiendum ipsi, quid faciendum esset, illud non praesignificasset, hic quare Socratis sors beata sibi praedicanda videatur, simplicissimam Xenophon

causam subiicit. Pluralem numerum nominis θάνατος quamobrem ex Cyneg. et Ages. vir doctus laudaverit, non difficile est ad intelligendum. Enimvero et extrema libri de Venat. pars et Agesilaus integer in iis numerantur operibus, quae Xenophonti impudentes fraudatores supposuerint. Sed si iam Anabas. II, 6, 29. ambiguum est, lectio Schneideriana ὅςπερ τάχιστος θάνατος, an quam Weiskius, cui codices a Gailio collati ad unum omnes patrocinantur, recepit ὅςπερ τ. θανάτων, sincera sit, omni dubitationi pluralem numerum eximit integerrimorum auctoritas scriptorum, de qua consulendi Hen. Steph. Thesaur. T. I. p. 1365. G. Ind. Eurip. Beck. T. III. p. 807. Iacobs. in Actt. Monacc. T. I. f. II. p. 156. ad Anthol. Palat. p. 413. 501. et Achill. Tat. p. 958. Aretinus: *mihi igitur quidem videtur divina sorte potius* [num periisse?] quibus seriores edd. addunt: *quam humana periisse.*

§. 33. Ἐπεδείξατο δὲ τῆς ψυχῆς τὴν ῥώμην.) Allatius loco usus est ad Epp. Socratt. p. 210. Orell. et Bachius haec adnotat: „Timonis eum in morte arguit Lucian. D. M. XXI, 1. iniuria; maior enim est Xenophontis aequalis et gravis viri, quam Luciani, longe posterioris et in optimum quemque maligni fides et auctoritas." Graviter indignatur etiam Hemsterhusius T. I. p. 419. ut, quid comicum deceat, neuter videatur satis perpendisse. — αὐτῷ κρεῖσσον) Ita rectius Reuchl. Cast. Hal. et Bryll. quam Steph. 1. 2. Leoncl. 1. 2. 3, qui Bachio, Zeunio, Weisk. et Schneid. transmiserunt scripturam αὑτῷ κρ. — τἄλλα τἀγαθά) Iure negat Schaeferus, iteratum articulum aut ab ipso scriptore omittendum fuisse, aut a librario quodam illatum. Supra Schneiderus legerat οἱ ἄλλοι οἱ παρατυγχάνοντες sine offensione, Hieron. IX, 5. τἄλλα τὰ πολιτικὰ οὕτω περαίνεσθαι, ipse probans Oecon. XIX, 16., quod in bonis inest libris καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. Plat. Apol. p. 22. D. ἕκαστος ἠξίου καὶ τἄλλα τὰ μέγιστα σοφώτατος εἶναι. Ex aliis scriptoribus exempla collegerunt Matthiae gr. gr. §. 277. p. 386. et Poppon. Elocut. Thucyd. p. 201. Articuli illi respondent verbis latinis: *reliqua, bona*, i. e. reliquae res, quae bonae per se habentur. — προςάντης) „*Facilem interpretatur*, Schneideri verbis utor, *Index Zeunianus, cum ceteris scriptoribus sit acclivis, arduus et difficilis. Sed quocunque modo interpreteris, difficile est dictu, quid scriptor spectaverit, quid nomine ἀγαθῶν intelligi voluerit. Si mortem ἐν καιρῷ τῆς ἡλικίας accedentem inter ἀγαθὰ numeravit, cur verbo ἐμαλακίσατο usus est?*" Imo Zeunius, non scriptor

notandus erat, quod adiectivum προςάντης idem esse latinum *facilis* opinatus erat, cuius propria potestas est *praeruptus*, quam ad animum Xenophon transtulit hoc sensu: *quemadmodum in reliquis rebus, quae bonae sunt, et animi salutem parant, non asper s. difficilis fuit, sed eas sine molestia potius admittebat* [προςεδέχετο] *ita nec in praesente mortis periculo mollem se vel timidum praestitit* vel *non magis mortem aversatus est, quam reliqua bona facile admisit.* Animi robore, quod ostendisse Socratem scriptor modo indicaverat, polleat necesse est tum is, qui mortem non reformidat, tum cui nullam molestiam facessit, ad temperantiam et continentiam, iustitiam, virtutem, alia adspirare, quae sibi vere salutaria esse cognoverit. In his simul causa latet, cur ἐμαλακίσατο non alio quovis verbo usus sit. Cf. Baehr. ad Plut. Alcib. p. 170 sq. Namque ut adversarii argutiis experientiam quotidianam opponam: quamvis Christiani virtutem pro summo bono habeant, non tamen aequali omnes contentione ad eam enituntur, atque aliud est, mortem in bonis numerare, aliud eam forti animo perferre. Illud omnes Christiani credimus, hoc qui fecerint, perpaucos historia summis laudibus extulit. Vocis προςάντης vim tropicam non defuerunt, qui docte illustrarent, Wesseling. ad Diodor. Sic. XIV. init. et Elmsley ad Eurip. Med. V. 375. Ceterum οὕτω ante οὐδὲ πρὸς τὸν θάνατον neglectum, ut Mem. IV, 4, 7. Plat. Apol. p. 21. D. Sympos. VI, 4. Schneider. ad Cyrop. VIII, 2, 23. et Lamb. Bos. de ellips. p. 778. Schaef. ed. — καὶ ἐπετελέσατο) Improbat Schneiderus: „*Nescio*, inquiens, *an alibi ἐπιτελεῖν θάνατον occurrat; media forma certe nemo usus est hac quidem significatione.*" Memorab. IV, 8, 8. τὰ τοῦ γήρως ἀποτελεῖσθαι et supra §. 6. τὰ τοῦ γήρως ἀποτελεῖσθαι, quod eidem arrisit prae altero. Aliud exemplum notatae locutionis tametsi frustra undique quaesivi, non dubito tamen, quin Graeci, mediae formae ibi maxime, ubi virium quaedam contentio, vel Passivi simul et Activi notio exprimitur, amantes citra offensionem dixerint ἐπιτελεῖσθαι θάνατον. Promiscue Activum et Medium usurpatum video a Diodor. Sic. indic. s. ἐπιτελέω. Ex codice Paris. nescio quo Gailius produxit ἐπιτελέσατο, cui secunda manus augmentum addiderit. Illud quam temere probaverit Gallus, ad Symp. I, 9. vidimus. Neque vero quisquam interpretum talia ferat, qualia scriptor alias elegantissimus effutiisse dicitur in Epp. Socratt. 19. πεποίηται γὰρ ἡμῖν τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος

μάλα ἀριπρεπές τι. Καὶ περιφύτευσεν ὁ χῶρος καὶ ἀνεῖται ἱερὸν εἶναι, ita, ut arbitror, restituenda: ἀριπρεπές τι καὶ περιφυτευθὲν· καὶ ἀνεῖται ὁ χῶρος ἱερὸς εἶναι. Quicunque depravatum perspexit illud περιφύτευσεν, fieri non potuit, quin nomen ὁ χῶρος retraheret.

§. 34. Ἐγὼ μὲν δὴ κατανοῶν — ἐπαινεῖν) Totum locum e penetralibus graecae linguae deductum egregie, ut solet, illustravit versione vernacula adiecta Hermann. ad Viger. p. 799. — τῶν ἀρετῆς ἐφιεμένων) Hanc lectionem a Zeun. et Schneid. receptam firmat fides edd. Reuchl. Cast. Hal. Bryll. Steph. 2. marg. Leoncl. 3. et Mss. Pariss. Operarum enim vitium τῶν ἀρετῶν ἐφ. ex Steph. 1., in Leoncll. 1. 2. 3. Bach. et Weisk. permanavit. Male igitur Leonclav. 3.: „Pro εἰ δέ τις τῶν ἀρετῶν ἀφιεμένων scriptum, inquit, in meo reperi exemplari lucubrationis secundae Taurinensis εἰ ἑ τις τῶν ἀρετῆς ἐφ., quae omnino elegantior est lectio.“ Imo non tam elegantior quam rectior, vid. §. 17. et Mem. IV, 8, 11. οἱ ἀρετῆς ἐφιέμενοι πάντες ἔτι καὶ νῦν διατελοῦσι πάντων μάλιστα ποθοῦντες ἐκεῖνον, ὡς ὠφελιμώτατον ὄντα πρὸς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν, quae auctorem apologiae sibi augenda putasse, mire satis iudicat Schneiderus. Idem ad ἀξιομακαριστότατον: „*Nec hoc vocabulum*, ait, *Xenophonteum est.*“ Oportebat dici, ἅπαξ λεγόμενον esse, quum nihil huc faciant loci e Cyrop. VII, 2, 6. Altorf. §. 27. Memor. II, 1, 33. et Anabas. I, 9, 6. excitati, ubi μακαριστὸς s. μακαριστότατος reperitur: nam qui μακαριστὸς audit, non semper is ἀξιομακαριστὸς dici potest, et contra. Praeterea ἅπαξ λεγόμενα quum in omnibus scriptis etiam in minutissimis occurrunt, tum apud Xenophontem frequentissima sunt Adiectiva ex ἄξιος composita, ut ἀξιοστρατηγότεροι, ἀξιοσπουδαστότεροι, ἀξιοτεκμαρτότερον, ἀξιοτιμότερον, quorum numerum Lexici Xenoph. ope non attinet augere. Ceterum post mortem Socratis secundum Diog. Laert. II, 43. Ἀθηναῖοι δ' εὐθὺς μετέγνωσαν, ὥστε κλεῖσαι καὶ παλαίστρας καὶ γυμνάσια· καὶ τοὺς μὲν ἐφυγάδευσαν, Μελίτου δὲ θάνατον κατέγνωσαν· Σωκράτη δὲ χαλκῆς εἰκόνος ἐτιμήσαντο, ἣν ἔθεσαν ἐν τῷ πομπείῳ Λυσίππου ταύτην ἐργασαμένου· Ἄνυτόν τε ἐπιδημήσαντα αὐθημερὸν ἐξεκήρυξαν Ἡρακλεῶται· οὐ μόνον δὲ ἐπὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι πεπόνθασι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλείστων ὅσων, ad quem locum videndus Menag., ex cuius adnotationibus sua hauserat Zeun. ad §. 26. Cf. etiam Allat. ad Epp. Socratt. p. 227 sqq.

Leviores

quaedam lectionum diversitates, quas in Apologia S. e veteribus editionibus et codicibus enotaveram.

Interpretationem dici non potest quoties a Schneideriana diversam falsamque editiones veteres exhibeant.

Nec minus variatur pariter et peccatur in accentuum et spirituum collocatione.

§. 28. ἐπιγελᾶσαι Reuchl. Cast. Hal. Bryll. et Stob. ed.
§. 4. φᾶναι eaedem editt. ut §. 4. §. 7. §. 8. §. 20 etc.

Maior etiam inconstantia locum habet in encliticis.

§. 21. ὑπό σου Cast.
§. 29. μέγά τι Reuchl.

Editur μὴ δὲ, μηδὲ, μήδ' et μὴδ', non tamen οὔδε.

§. 7. μὴ δὲ δυςχ. Reuchl. Hal. sine Bryll.
§. 15. μὴ δὲ ταῦτα Reuchl. Hal. sine Cast. et
§. 17. μὴ δ' ὑφ. iidem libri. Cf. Martin Praef. Sophocl. p. VI.

Iota subscriptum recte omittitur.

§. 6. ὁρᾶν Hal.
§. 19. φῆς
§. 5. ταυτὰ Steph. 1. 2. cum Ald. quod probavit Elmsl. l. l. p. 157. non adstipulante Buttmann. gr. gr. max. §. 29. p. 115.

Permutantur inter se δὲ et δ'

§. 4. Ἐπει δ' αὐτὸν Steph. 1. 2. et Leoncll.
§. 19. σὺ δὲ εἰπὲ Reuchl.
§. 23. ὅτι δ' οὕτως Cast. Hal. Bryll. Steph. 1. 2. invito Reuchlino. Cf. ad Symp. V, 5. VI, 2.

Copulantur quae dirimenda sunt

§. 16. ἐξότουπερ Reuchl. et ὅτι ἔδυν. ut §. 26. et 27.

§. 27. δηλονότι Cast. Hal. Stob. Vid. ad Apol. §§. 8 et 22.

Disiunguntur quae copulanda sunt

§. 18. ἂν εὐδαπάνης Reuchl. Hal. Cf. ad Symp. II, 15. IV, 29. 44. V, 5.

Confunduntur literae ι et η

§. 11. Μελήτου Reuchl. Cast. Bryll. Hal. Pariss. A. B. ut §. 19. 20 et ubique, quod probabit Buttmann ad Plat. Min. p. 48.

§. 25. ἡ ζιμία Cast.

§. 32. τετυχικέναι Cast. et Bryll. Cf. ad Symp. VIII, 16. Apol. §. 12.

literae υ et η

§. 7. ἀπολῆσαι Reuchl. ἡμᾶς et ὑμᾶς sexcenties.

literae η et ι

§. 20. νομίζηται Reuchl.

§. 26. παρέχηται Reuchl. Hal. et Stob. ed.

§. 29. λέγηται Reuchl.

literae ω et ο

§. 34. ἀνδρὼς Cast.

Γινώσκειν et *γίνεσθαι* rarius in hoc Xenophontis libello, quam in aliis eiusdem operibus reperiuntur, v. c. §. 5.

INDEX

AD APOLOGIAM.

E R R A T A.

P. 6. l. 20. legendum ἢ καὶ ἐκ μετρ. — p. 7. l. 11. infer. leg. καταψευδομαρτυρεῖν, ibid. lin. 1. ἀνδραποδίσει, — p. 11. l. 13. infer. leg. consentire se fat., lin. 12. super. l. Aristides. — p. 14. l. 19. super. leg. Lecapen. — p. 14. l. 10. infer. legendum Parisienses. — p. 18. l. 7. super. punctum deest post opificem. Ibid. lin. 15. leg. non ante. — p. 19. l. 2. leg. ipsi. — p. 22. l. 20. leg. σκοπεῖν et lin. 6. infer. leg. ut ullum. — p. 23. l. 15. leg. vocem pro vicem. lin. 8. inf. l. languidiora et lin. 6. l. τῶν ἀδίκων ἀπ. — p. 26. l. 14. leg. promiserat, l. 20. noluisse, l. 4. infer. leg. coarguat. — p. 27. l. 25. leg. qui dub. — p. 35. l. 17. leg. διαβεβοημένα. — p. 41. l. 13. leg. imminui quam augeri. — p. 43. l. 12. inf. leg. persanatum iudicem. — p. 44. l. 13. inf. leg. ille. — p. 43. l. 20. inf. leg. Ἀπόλλωνι, l. 9. leg. ὅτῳ. — p. 56. l. 3. inf. leg. cavere, ibid. l. 1. leg. vocant, — praegrediuntur. — p. 57. l. 11. super. leg. observavit. — p. 58. l. 17. super. leg. φήσομ' — super. ō. — p. 68. lin. 30. leg. laborat. — p. 70. lin. 24. leg. ἐξ ὅτου. — p. 75. lin. 7. leg. quos vide. lin. 15. leg. ἵν' ὡς. — p. 76. lin. 9. leg. partes. — p. 77. lin. 19. leg. Timoris. — p. 78. lin. 1. leg. esse et latinum. — p. 79. l. 14. leg. ἔφιεμ.